THE STUDENTS' SERIES

KEY TO NEW LATIN COMPOSITION

DANIELL

A KEY

TO

NEW LATIN COMPOSITION

BY

MOSES GRANT DANIELL

LEACH, SHEWELL, AND SANBORN
BOSTON NEW YORK CHICAGO
1897

Norwood Press
J. S. Cushing & Co. — Berwick & Smith
Norwood Mass. U.S.A.

NOTE.

THIS KEY is published at the request of influential and scholarly teachers, both as a convenience and an aid. It will not be furnished except to instructors who are known to us as such, or who furnish vouchers that they have a right to it. Under no circumstances will it be furnished to students, and never through the trade. All correspondence must be directly with the publishers or their agents.

L., S., & S.

PART I.: CÆSAR.

BOOK I.

1. Chap. 1. 1. Garumna et Rhenus sunt flumina. 2. Belgae unam partem Galliae incolebant. 3. Hi nostra lingua Galli appellabantur. 4. Helvetii quoque Galli appellantur. 5. Hi inter se differunt. 6. Inter nos differimus. 7. Gallorum omnium proximi Rheno sunt Belgae. 8. Atque a provincia longissime absunt. 9. Haec animos (animum) effeminant. 10. Quis virtute eos praecedit? 11. Germanos (suis) finibus prohibuerunt. 12. Celtae Galli appellantur. 13. Unam partem Galliae obtinent. 14. Gallia initium capit a flumine Rheno. 15. Flumen Rhodanus tertiam partem Galliae continet.

2. Chap. 2. 1. Una ex parte; altera ex parte. 2. In longitudinem patere, in latitudinem. 3. Messala et Piso erant consules. 4. Messala et Pisone consulibus, coniuratio facta est. 5. Orgetorix nobilis et dives erat. 6. Nobilitati persuasit ut coniurationem facerent (faceret). 7. Ei persuaserunt ut exiret. 8. Coniuratione facta, de finibus exierunt. 9. Hoc facto Germanis bellum intulerunt. 10. Helvetii omnibus virtute praestant.

11. Cum omnibus praestent, Gallia potiri possunt. 12. Facile est de finibus nostris exire. 13. Id vobis (tibi) facile persuadere possum. 14. Flumen est latum atque altum. 15. Ager Helvetius a Germanis Rheno divisus est. 16. Rhodanus Helvetios a provincia nostra dividit. 17. Tertia ex parte Helvetia lacu Lemanno continetur. 18. Magno dolore adficiebantur. 19. Pro gloria belli angustissimos finīs habent. 20. Cupidi bellandi sunt.

3. Chap. 3. 1. In matrimonium dare; obsides inter se (nos, *etc.*) dare; plurimum posse. 2. Orgetorix Helvetios auctoritate permovit. 3. Adducti sunt ut carros et iumenta coëmerent. 4. Copia frumenti suppetebat. 5. Cum proximis (finitimis) pax et amicitia confirmatae sunt. 6. Hae res biennio confectae sunt. 7. His rebus confectis regnum occupavit. 8. Carris et iumentis coëmptis pacem cum proximis confirmavit. 9. Ad hanc rem faciendam Orgetorigem delegerunt. 10. Orgetorix amicus appellatur. 11. Castico persuasit ut regnum occuparet. 12. Casticus Catamantaloedis filius erant. 13. Non est dubium quin principatum obtineat. 14. Non est dubium quin hac oratione adducti sint. 15. Non est dubium quin haec oratio eos adduxerit. 16. Non erat dubium quin Helvetii potentissimi essent. 17. Totius Galliae potiri possunt.

4. Chap. 4. 1. Mortem sibi consciscere. 2. Orgetorix ex vinclis causam dixit. 3. Poenam sequi oportet. 4. Te igni cremari oportet. 5. Non est dubium quin causam ex vinclis dixerit. 6. Ut eriperetur, omnis eius familia eodem conducta est. 7. Nos oportet ius nostrum exsequi. 8. Causa dicta mortuus est. 9. Multitudo

hominum a magistratibus coacta est. 10. Orgetorix sibi mortem conscivit.

5. **Chap. 5.** 1. (E) finibus suis exierunt; (e) domo. 2. Arbitror te ad eam rem paratum esse. 3. Arbitrantur eum paratum esse. 4. Arbitratur eos paratos fuisse. 5. Oppida sua numero ad sex incenderunt. 6. Domum redierunt. 7. Hoc fecerunt ut domum reditionis spem tollerent. 8. Frumentum comburere eos oportuit. 9. Eodem consilio utemur. 10. Boiis persuadebant ut Noreiam oppugnarent.

6. **Chap. 6.** 1. Bono animo in aliquem esse. 2. Duobus itineribus domo exire poterant. 3. Vix singulos carros duxerunt. 4. Iter per provinciam expeditum est. 5. Populus Romanus bono animo in Allobroges non erant. 6. Helvetios bono animo esse in se existimaverunt. 7. Tu (vos) bono animo in me non es (estis). 8. Eos pontem transire patere. 9. Eo die, qui erat a. d. V. Kal. Apr., ad ripam Rhodani convenerunt. 10. Quarto die ante Kal. Apr. flumen transierunt. 11. Kalendis Aprilibus eos per provinciam ire oportet. 12. Flumen nonnullis locis vado transibatur.

7. **Chap. 7.** 1. Aliquem certiorem facere; certior fieri. 2. Pervenire ad (*or acc. without* ad); memoria tenere; iter facere. 3. Ab urbe profectus est Caesar. 4. Pons rescissus est. 5. Caesar de Helvetiorum itinere certior factus est. 6. Quis Helvetios de Caesaris adventu certiores fecit? 7. Mihi in animo est pontem rescindere. 8. Quid Helvetiis erat in animo? 9. Per provinciam iter fecerunt. 10. Licetne nobis id facere? 11. Vobis

licet diem ad deliberandum sumere. 12. Inimico animo homines sunt. 13. Id.(ibus) Apr.(ilibus) revertere. 14. Data facultate convenerunt. 15. Omnes a. d. IV. Id. Apr. (ante diem quartum Idus Aprilīs) reverterunt.

8. Chap. 8. 1. Se (me, *etc.*) invito. 2. Ea spe deiectus. 3. Interea milites ex provincia conveniebant. 4. Unam legionem Caesar secum habebat. 5. Una legio erat cum eo. 6. Quinque legiones mecum habeo. 7. Murus in altitudinem pedum quindecim erat. 8. Caesare invito transire conabantur. 9. Hostibus invitis transire non possunt. 10. Flumen est in altitudinem pedum viginti. 11. Iter ulli dare non potest. 12. Negavit diem venisse. 13. Negat se eos prohibere posse. 14. Spe deicietur.

9. Chap. 9. 1. Plurimum posse; in matrimonium dare. 2. Novae res; inter se (nos, *etc.*) dare. 3. Vobis invitis (te invito), per angustias ire non possumus. 4. Angustiae in latitudinem sunt pedum centum. 5. Dumnorige deprecatore Aeduis persuadere possumus. 6. Cuius filiam in matrimonium duxit? 7. Dumnorix Helvetiis erat amicus. 8. Orgetorix novis rebus studet. 9. Obsides inter se dant. 10. Obsides inter nos dedimus. 11. Obsidibus datis, ire possunt.

10. Chap. 10. 1. Esse in animo (alicui). Quid est vobis (tibi) in animo facere? 2. Magno cum periculo provinciae est ut Helvetios finitimos habeat. 3. Ob eas causas ei est in animo in Italiam contendere. 4. In ulteriore Gallia hiemaverat. 5. Legatum his legionibus praefecit. 6. Deinde bellum Centronibus intulit.

7. Cui munitioni Labienum praefecit? 8. Locis superioribus occupatis, hostīs pellere possumus. 9. Tres ibi legiones conscriptae sunt. 10. Hae proelio pulsae sunt.

11. **Chap. 11.** 1. Legati missi sunt auxilium rogatum. 2. Oppida nostra expugnari non debent. 3. Auxilium rogavimus. 4. Agri nostri vastati sunt. 5. Eodem tempore liberi nostri in servitutem abducti sunt. 6. Dixerunt liberos (suos) in servitutem abductos esse. 7. Venimus vos monitum. 8. Venerant agros vastatum. 9. Nobis non exspectandum (est); vobis non exspectandum; eis non exspectandum. 10. Labienum certiorem fac ei non exspectandum (esse).

12. **Chap. 12.** 1. De tertia vigilia; non solum . . . sed etiam. 2. In utram partem fluit Rhodanus? 3. Exploratores Caesarem certiorem fecerunt unam partem copiarum flumen transisse. 4. Consule interfecto, exercitum sub iugum miserunt. 5. Eius exercitu sub iugum misso, eum interfecerunt. 6. Non solum consulem interfecerunt, sed etiam exercitum sub iugum miserunt. 7. Cassius eodem proelio quo Piso interfectus est. 8. Cuius avus erat Piso? 9. Exercitu flumen traducto, hostīs adgressus est. 10. Calamitate civitati inlata, poenas persolvit.

13. **Chap. 13.** 1. Aliquid faciendum curare; bellum Cassianum; pontem facere. 2. Curat exercitum (trans) Ararim traducendum. 3. Curat legatos ad Helvetios mittendos. 4. Pontem faciendum curavit. 5. Caesar Helvetios consequi potest. 6. Legatis ad eum missis, exspectabant. 7. Uno die Caesar flumen transiit.

8. Illi id diebus X confecerunt. 9. Reminiscimini illius veteris incommodi. 10. Nos flumen transeuntīs adorti estis. 11. Magis nostra virtute quam dolo nitimur.

14. **Chap. 14.** 1. Gravissime ferunt. 2. Eae res non nostro merito acciderunt. 3. Quo minus nostro merito acciderunt, eo gravius ferimus. 4. Quo minus iniuriae mihi conscius sum, eo difficilius est cavere. 5. Qua re victoria vestra gloriamini? 6. Caesar graviter tulit quod Helvetii Aeduos vexassent (vexaverant). 7. Dii immortales homines pro scelere ulcisci consuerunt. 8. Secundus interdum res nobis dii concedunt. 9. Helvetii veteris contumeliae oblivisci non possunt. 10. Interdum secundarum rerum obliviscimur. 11. Populus Romanus numquam iniuriarum oblitus est.

15. **Chap. 15.** 1. Novissimum agmen; in praesentia. 2. Quas in partīs? Audacius subsistere. 3. Ex eo loco Caesar castra movit. 4. Pauci de Helvetiis alieno loco proelium commiserunt. 5. Paucis de nostris equitibus multitudinem eorum equitum propulsimus. 6. Multo audacius subsistunt nonnumquam. 7. Tuos a proelio non continuisti. 8. Satis erat novissimum hostium agmen lacessere. 9. Caesar suos a pabulationibus continebat. 10. Suo se loco continebat. 11. Castra idoneo loco posita sunt. 12. Nonne hoc satis habetis in praesentia?

16. **Chap. 16.** 1. Caesar Aeduos frumentum flagitare. 2. Nullum pabulum (nihil pabuli) suppetit, neque frumenta matura sunt. 3. Eo autem frumento quod Arare

subveximus non uti possumus. 4. Pabulo non usi sunt. 5. Iter ab Arare avertere nolumus. 6. Dies instat. 7. Principes convocari oportet. 8. Qualem potestatem in suos habuit Liscus? 9. Magistratui praeerat. 10. Hostes sunt propinqui. 11. Liscus questus est quod non sublevaretur.

17. **Chap. 17.** 1. Liscus multo plus potest quam ipse Divitiacus. 2. Eius auctoritas apud plebem multum valet. 3. Oratione Caesaris adducti sunt. 4. Liscus proposuit quod proponere non debuit. 5. Non debemus improba oratione uti. 6. Auctoritas nostra minus valebit. 7. Non dubito quin frumentum conlaturi sint. 8. Non dubitamus quin Romani Helvetios superaverint. 9. Liscus non dubitavit quin consilia sua enuntiata essent. 10. Quin etiam rem coactus enuntiavit. 11. Tacebo quam diu potero.

18. **Chap. 18.** 1. Suo nomine; summam in spem venire. 2. In quaerendo; paucis ante diebus. 3. A Lisco Dumnorix designatus est. 4. Non dubito quin Dumnorix designatus sit. 5. Hae res Lisco praesente iactabantur. 6. Dumnorix est magna liberalitate. 7. Odi meo nomine Dumnorigem. 8. Vectigalia parvo pretio redemit. 9. Vectigalia magno pretio redempta sunt. 10. Te licente, contra liceri audet nemo. 11. Quis Dumnorige plus valet?

19. **Chap. 19.** 1. Iniussu suo (eius); insciente eo (me, etc.). 2. Ipso (eo) praesente; satis causae. 3. Caesar Dumnorigem ad se vocandum curavit. 4. Ea omnia Caesare insciente facta sunt. 5. Hoc te insciente (vobis

inscientibus) fecerunt. 6. Hoc eius iniussu facient. 7. Quae te praesente de Valerio dixit? 8. Quae me praesente de Divitiaco dixisti? 9. Eum hortatus est ut de Dumnorige statueret. 10. Te hortor ut cum eo conloquaris. 11. Eos hortatur ut eum accusent.

20. **Chap. 20.** 1. Amor fraternus; omnes suspiciones. 2. Suntne ea vera? 3. Nonne plurimum potest? 4. Num (*or* -ne) amore fraterno est commotus? 5. Quid ei accidit? 6. Nemo plus quam ego doloris capit. 7. Flevitne Divitiacus? 8. Nonne multis cum lacrimis Caesarem complexus est? 9. Scio me ipsum minimum posse. 10. Eum rogavit (ut) finem flendi faceret. 11. Fac finem orandi. 12. Caesaris voluntate hoc faciam. 13. Nonne scis quid fecerit? 14. Si quid ei accidet, tua voluntate fiet.

21. **Chaps. 21, 22.** 1. Prima luce; multo die; eo die. 2. De tertia vigilia; quo consuerat intervallo; equo admisso. 3. Qualis est natura montis? 4. Eodem itinere quo Considius montem adscenderunt. 5. Nonne Considius est rei militaris peritus? 6. Prima luce Labienus summum montem tenebat. 7. Considius dixit hostīs tenere. 8. Eo tempore Considius timore perterritus est. 9. Quid tui consili est? 10. Num Labienus medium montem occupavit? 11. Eodem die hostes eum secuti sunt. 12. Monsne ab hostibus tenebatur?

22. **Chaps. 23, 24.** 1. Postridie eius diei; pridie. 2. Iter ab hostibus avertere oportuit. 3. Helvetii existimaverunt Romanos timore perterritos esse. 4. Eo die equitatus hostium impetum sustinebat. 5. Interim legi-

ones quattuor veteranae in aciem instructae sunt. 6. Sarcinae in unum locum conlatae sunt. 7. Deinde impetum in hostīs fecerunt. 8. Milites a Labieno in colle medio conlocati sunt. 9. Summus mons sarcinis completus est. 10. Phalange facta, sub collem medium successerunt. 11. Collis munitus est ab his qui proxime conscripti sunt. 12. Sub collem sarcinae a nostris conlatae sunt.

23. **Chap. 25.** 1. Caesar equos removit ut periculum aequaret. 2. Sublata omni fugae spe, suos cohortatus est. 3. Pilis missis, gladios destrinxerunt. 4. Gladii a militibus destricti sunt. 5. Impedimento nobis est magno quod scuta conligantur. 6. Eratne impedimento nobis parvo quod sinistra impedita est? 7. Potesne sinistra impedita commode pugnare? 8. Pedem referte et in montem vos recipite. 9. Tandem pedem retulerunt et in medium montem se receperunt. 10. Boii novissimis subsidio erant.

24. **Chap. 26.** 1. Diu atque acriter pugnatum est. 2. Ad multam noctem pugnatum est (pugnaverunt). 3. Alteri impetum sustinuerunt, alteri non poterant. 4. Ad vesperum pugnatum est. 5. Sub monte pugnatur. 6. In nostros venientīs tela coniecta sunt. 7. Orgetorix duas filias habebat, quarum altera a Caesare capta est. 8. Carri hostibus erant praesidio. 9. Vos eodem loco quo Orgetorigem habeo. 10. Caesar vos eodem loco quo Helvetios habet.

25. **Chap. 27.** 1. Prima nocte; supplicio adficere. 2. Qui cum Caesarem convenisset, flentes pacem petierunt.

3. Eo cum perventum esset, Caesaris adventum exspectabant. 4. Cum convenire iussi essent, paruerunt. 5. Servi ad Caesarem perfugerunt. 6. Arma conquirite et conferte. 7. Obsidibus traditis (si obsides tradiderimus), Caesar arma nostra poscet. 8. Alteri eius adventum exspectaverunt, alteri ad Rhenum contenderunt. 9. Armis traditis, supplicio adficiemur. 10. Prima nocte arma tradiderunt.

26. **Chap. 28**. 1. Domi; in parem condicionem atque ipsi recipere. 2. Eos conquirite et (atque) reducite. 3. Si mihi purgati esse vultis, eos reducite. 4. Cum eos reduxissent, ei purgati sunt. 5. Eis reductis, mihi purgati eritis. 6. Obsides, arma, perfugae traditi sunt. 7. Helvetii in finīs unde erant profecti reverterunt. 8. Nihil est nobis domi. 9. Eos iussit frumenti copiam facere. 10. Eis imperavit ut oppida restituerent. 11. Nonne Boii egregia virtute sunt?

27. **Chap. 30**. 1. Ex usu Galliae, ex usu nostro. 2. Poenas repetere ab. 3. Totius Galliae principes Caesari gratulati sunt. 4. Ab Helvetiis poenas repetierat. 5. Tametsi ab eis poenas repetierat, tamen legati ei gratulatum venerunt. 6. Ex usu nostro est hoc facere. 7. Licetne nobis hoc facere? 8. Vobis licet hoc facere. 9. Petierunt uti sibi domicilium deligere liceret. 10. Veniunt pacem petitum. 11. Habeo quasdem res quas ex vobis petere volo. 12. Haec res eis permissa est.

28. **Chap. 31**. 1. Nobilissimi cuiusque liberi; in cruciatum venire. 2. Ut semel; omnia exempla cruciatus-

que. 3. Licetne nobis de nostra salute tecum agere? 4. Nonne ea res impetrata est? 5. Cum egissent cum eo, res impetrata est. 6. Ea quae volebant impetrabant. 7. In cruciatum non venerunt. 8. Venimus auxilium postulatum. 9. Sese Caesari ad pedes proiecerunt. 10. Nos vobis (tibi) ad pedes proicimus. 11. Alterius factionum principatum tenent Aedui, alterius Arverni. 12. Factum est uti circiter milia XII Rhenum transirent. 13. Futurum est uti magnam calamitatem accipiant. 14. Paucis annis ex Gallia pellemur. 15. Divitiacus Romam ad senatum venit. 16. Tum Magetobriam revertit. 17. Obsides nobilissimi cuiusque liberos poposcit. 18. Non dubito quin Caesar Romam reverterit.

29. Chap. 32. 1. Nihil respondere; ne in occulto quidem; ne hoc quidem; ne Caesar quidem. 2. Divitiacus orationem habuit. 3. Sequani tristes, capite demisso, terram intuebantur. 4. Magno fletu auxilium petebant. 5. Eius rei quae causa erat? 6. Miror quae causa sit. 7: Mirabar quid facerent. 8. Mirabar cur nihil responderent. 9. Ne queri quidem audemus. 10. Factum est uti nostra fortuna gravior quam illorum esset.

30. Chap. 33. 1. Qua re concilium dimisit? 2. Scisne qua re concilium dimiserit? 3. Caesar se eos confirmaturum pollicitus est. 4. Ea res mihi curae erit. 5. Magnam habeo spem Caesarem concilium dimissurum. 6. Ariovistus adductus est ut finem iniuriis faceret. 7. Turpissimum est populo Romano Aeduos esse in dicione Ariovisti. 8. Caesari et rei publicae turpe est. 9. Gallis in Italiam ire periculosum erit. 10. Germani autem Rhenum transire consuescent.

31. **Chap. 34.** 1. Mihi ut legatos mittam placet. 2. Legati missi sunt qui cum Ariovisto agerent. 3. Caesar legatum mittit qui locum deligat. 4. Locus medius utriusque delectus est. 5. Ariovistus legatum misit qui responderet. 6. Tibi turpissimum est in Galliam venire. 7. Quid omnino tibi in Gallia negoti est? 8. Mihi mirum videtur quid Caesari in Gallia negoti sit. 9. Mea est ea Gallia quam vici. 10. Ad te non veniam.

32. **Chap. 35.** 1. Communis res. 2. Gratiam referre. 3. Haec responsa ad Caesarem relata sunt. 4. Magno meo beneficio adfectus es. 5. Quam (qualem) populo Romano gratiam refers! 6. Haec sunt quae a te postulo. 7. Redde obsides quos habes. 8. Hoc commodo rei publicae fieri potest. 9. Perpetua gratia tibi cum Caesare erit. 10. Mihi tecum est gratia. 11. Quicumque provinciam obtinebit amicos nostros defendet. 12. Iniurias Aeduorum non neglegam. 13. Caesar Helvetiorum iniurias populi Romani non neglexit. 14. Legati missi sunt qui responsum postularent.

33. **Chap. 36.** 1. Fraternum nomen. 2. Ariovistus Aeduis bellum non intulit. 3. Tu iis quos vicisti quem ad modum velis imperas. 4. Ad meum arbitrium victis impero. 5. Te non oportet me in meo iure impedire. 6. Magnam iniuriam facis qui Aeduos stipendiarios facias. 7. Magnam iniuriam fecit qui Ariovistum impediret. 8. Maximam iniuriam faciunt qui stipendium non pendant. 9. Nemo cum Ariovisto sine sua pernicie contendit. 10. Cum voles, congredere. 11. Intelleges Germanos esse exercitatissimos in armis. 12. Te non oportet iniurias Aeduorum neglegere.

34. Chaps. 37, 38. 1. Resistitur; non facile resisti potest. 2. Magna nocturna diurnaque itinera. 3. Veni questum quod Harudes in Galliam transportati sint. 4. Ne obsidibus quidem datis pacem redimere poterant. 5. Nobis maturandum est ne Suevi cum Ariovisto sese coniungant. 6. Maturandum est. 7. Id ne accidat magnopere nobis praecavendum est. 8. Vesontione sunt omnes res quae ad bellum usui sunt. 9. Flumen radicibus montis ex utraque parte contingit. 10. Harudes questi sunt quod in Galliam transportati essent.

35. Chap. 39. 1. Commeatus causa; amicitiae causa. 2. Mercatores praedicabant ingenti magnitudine corporum esse Germanos. 3. Saepenumero cum iis congressi erant. 4. Cum iis congrediendum est. 5. Alius aliam causam intulit. 6. Ut timoris suspicionem vitem, remanebo. 7. Cum signa ferri iusseris, non erunt dicto audientes milites. 8. Timeo ut res frumentaria supportari possit. 9. Timeo ut lacrimas teneatis. 10. Timuerunt ut vultum fingere possent.

36. Chap. 40. 1. Ei persuadetur; iis persuadetur. 2. Castra movere; servilis tumultus. 3. Quam in partem; male re gesta. 4. Quam in partem ducamini vobis non quaerendum est. 5. Mihi persuadetur Ariovistum condiciones non repudiaturum. 6. Factus est nuper servilis tumultus, qui bellum populo Romano intulerunt. 7. Nonne ex hoc iudicare potestis quantum habeat in se boni constantia? 8. Helvetii sunt iidem quibuscum saepenumero congressi sumus. 9. Ariovistus sui potestatem non fecit. 10. Adroganter facitis qui imperatori praescribatis. 11. Utrum apud vos officium

an timor valet? 12. Utrum apud vos officium an timor valeat intellegere volo. 13. Speratne an desperat? 14. Armatine sunt an inermes(-i)? 15. Caesar timebat ut signa ferrent.

37. Chap. 41. 1. Gratias agere alicui. 2. Mirum in modum. 3. Reliquae legiones. 4. Magnam fidem alicui habere. 5. Caesari gratias agemus. 6. Eis summa cupiditas belli gerendi est. 7. Paratus est ad exercitum ducendum. 8. Ad bellum gerendum paratissimi sumus. 9. Deinde reliquae legiones Caesari satisfecerunt. 10. Caesar ad satisfactionem accipiendam paratus est, 11. quod cupidus est proficiscendi. 12. Iudicium de bello non nostrum est sed vestrum (tuum). 13. Neque dubitavimus neque timuimus. 14. Num dubitavimus aut timuimus? (Utrum dub. an tim.?)

38. Chap. 42. 1. Magnam in spem venire; ultro citroque. 2. Id per me fieri licet. 3. Id mihi petenti denegavisti. 4. Magnam in spem venio te propius accessurum. 5. Ariovistus veretur ne a Caesare circumveniatur. 6. Verebatur ne Caesar cum equitatu veniret. 7. Alia ratione non veniam. 8. Vereor ne circumveniar. 9. Commodissimum est Gallis equos detrahere.

39. Chap. 43. 1. Ubi eo ventum est. 2. Aliquid alicui eripere. 3. Equis (de)vehere; ex equis conloqui. 4. In planitie tumulum terrenum viderunt. 5. Praeter nos octonos ad conloquium adducemus. 6. Ex equis conloquebantur. 7. Quis hoc pati possit? 8. Quis haec postulet? 9. Quis amicos suos honore auctiores nolit esse? 10. Habesne causam illius rei postulandi iustam?

11. Postulavit deinde eadem quae antea. 12. Noli Aeduis bellum inferre (ne intuleris). 13. Verebatur ne Germani Rhenum transirent. 14. Et ullos Germanos illud flumen transire noluit.

40. Chap. 44. 1. Pauca respondere; ad id tempus. 2. Nisi rogatus; aliquem pro amico habere. 3. Stipendium iure belli cepit. 4. Non mea sponte Rhenum transii. 5. A te rogatus domum meam reliqui. 6. Arcessitus Rhenum transii. 7. Non veni nisi rogatus. 8. Stipendium sua voluntate pependerunt. 9. Amicitiam populi Romani mihi ornamento esse oportet. 10. Mei muniendi causa Germanos trans Rhenum traduxi. 11. Mea est haec Gallia, sicut provincia est tua. 12. Quis tam imperitus rerum esse possit ut non sciat amicitiam Caesaris simulatam esse? 13. Si Ariovistus Caesarem interficiat, multis Romanis gratum faciat.

41. Chaps. 45, 46. 1. In eam sententiam; antiquissimum quodque tempus. 2. Caesaris non est ea consuetudo ut socios deserat. 3. Eius non est ea consuetudo ut patiatur ut socii deserantur. 4. Populus Romanus ut socios suos deserat non patietur. 5. Antiquissimum quodque tempus spectari non oportet. 6. Caesar loquendi finem fecit. 7. Hostes lapides coniciendi finem non fecerunt. 8. Dum equites adequitant, lapides in nos coniecti sunt. 9. Adequitabant lapides coniciendi causa. 10. Dum haec geruntur, Ariovistus propius accessit. 11. Lapidibus in nos coniectis, nobis erat studium pugnandi maius. 12. Posteaquam impetus factus est, Caesar conloquium diremit (conloquendi finem fecit).

42. Chap. 47. 1. Triduo post Ariovistus iterum cum Caesare egit. 2. Si diem constituere non vis, aliquem e vestris legatis mitte. 3. Tela coniciendi non est causa. 4. Eo magis quod periculum non est. 5. Gaius, Gai filius, erat summa humanitate adulescens. 6. Ariovistus lingua Gallica multa utebatur. 7. Commodissimum videtur Flaccum civitate donare. 8. Propter linguae Latinae scientiam tuam hospitio utar. 9. Quid ad me venitis? 10. An res ad Caesarem referendi causa? 11. Quid exercitu praesente dixit Ariovistus? 12. Mettius cognovit quod Ariovistus dixit, et ad Caesarem retulit.

43. Chaps. 48, 49. 1. Eodem die; postridie eius diei (proximo die). 2. Pridie eius diei; dies quinque. 3. His diebus; ex eo die; cotidie. 4. Si vis proelio contendere, tibi potestas non deerit. 5. Si velis . . . non desit. 6. Pedites singulos singuli delegerunt. 7. Si equo decidet, eum circumsistent. 8. Si equo decidat, eum circumsistant. 9. Hi, si quid est durius (gravius), concurrunt. 10. Eo omnem equitatum Ariovistus misit qui Caesaris exercitum perterreret. 11. Nihilo secius hostis propulsatus est.

44. Chaps. 50, 51. 1. Ne tum quidem; ne proximo die quidem; ne potestas quidem pugnandi. 2. Minora castra oppugnata sunt. 3. Haec est causa quam ob rem proelio non decertet, quod luna est nova. 4. Utrum erat luna nova annon? 5. Si ante novam lunam contendetis, non superabitis. 6. Si contendatis, non superetis. 7. Utrum proelio contendamus annon? 8. Matres familiae declarabant utrum Germani superaturi essent necne. 9. Caesar

ad speciem alariis utebatur. 10. Flentes vos imploramus ne in proelium proficiscamini.

45. Chaps. 52, 53. 1. A dextro cornu, — sinistro cornu; spatium pila coniciendi. 2. Fugere desistere; alter . . . alter. 3. Caesar singulis legionibus singulos quaestores praefecit. 4. Cum acies nostra a dextro cornu premeretur, hostium acies a sinistro cornu pulsa est. 5. Reperti sunt complures qui pila reicerent. 6. Erant qui gladiis impetum facerent. 7. Sunt qui celeriter procurrant. 8. Crassus aciei tertiae subsidio missus est. 9. Ariovistus navicula inventa profugit. 10. Duarum uxorum altera capta occisa est. 11. Magnam Caesari voluptatem adtulit quod suus familiaris sibi restitutus est. 12. Statimne (igni) necetur, an in aliud tempus reservetur?

BOOK II.

46. Chap. 1. 1. Certiorem facere; certior fieri. 2. Obsides inter se (vos, *etc.*) dare; moleste ferre; nova imperia. 3. Caesar rumoribus certior fiebat; a Labieno. 4. Labienus eum certiorem fecit. 5. Omnes Belgae obsides inter se dabant. 6. Coniurandi hae sunt causae. 7. Verentur ne ad se exercitus noster adducatur. 8. Verebantur ne ad se exercitus noster adduceretur. 9. Belgae a Gallis sollicitabantur. 10. Moleste ferimus. 11. In Gallia homines a potentibus conducuntur. 12. Quae erant causae in Gallia hiemandi?

47. Chap. 2. 1. Cum primum; inita aestate. 2. Hi nuntii Caesarem commoverunt. 3. Duae legiones con-

scriptae sunt. 4. A Q. Pedio in Galliam ductae sunt. 5. Caesar imperator Pedium legatum misit. 6. Pedius legatus a Caesare imperatore missus est. 7. Quae apud Belgas geruntur? 8. Dedit negotium Pedio legato ut cognosceret. 9. Manus coguntur. 10. Duas legiones conscribendi hae sunt causae.

48. **Chap. 3.** 1. De improviso; celerius omni opinione. 2. Legati mittuntur qui dicant; missi sunt qui dicerent. 3. Remi legatos miserunt qui Caesarem iuvarent. 4. Nos nostraque omnia tibi permittimus. 5. Cum Belgis non consensimus. 6. Parati sumus obsides dare. 7. Iccius et Andocumborius, primi civitatis, legati missi sunt. 8. Eius imperata fecerunt. 9. Frumento eum iuvabant. 10. Omnes Belgae sunt in armis. 11. Sese cum Germanis coniunxerunt. 12. Tantus eorum erat furor ut sese cum Germanis coniunxerint (coniungerent). 13. Eisdem legibus utebantur.

49. **Chap. 4.** 1. Plurimum valere; cum . . . tum. 2. Quae civitates in armis sunt? 3. Quaesivit ab eis quae civitates in armis essent. 4. Quid in bello possunt? 5. Quaesierunt ab eo quid in bello posset. 6. Plerique Belgae sunt orti ab Germanis. 7. Rhenum traducti sunt. 8. Dicitur eos Rhenum traductos esse. (Dicuntur Rhenum traducti esse.) 9. Galli expulsi sunt. 10. Reperiebat Gallos expulsos esse. 11. Quantam multitudinem polliciti sunt? 12. Reperiet quantam multitudinem pollicitus sit quisque. 13. Plurimum Bellovaci virtute valent. 14. Imperium sibi postulant. 15. Nervii longissime aberant. 16. Maxime feri habebantur.

50. Chap. 5. 1. Castra ponere; liberaliter oratione prosequi. 2. Omnis senatus ad eum convenit. 3. Principum liberi ad eum adducti sunt. 4. Omnia diligenter ad diem fecerunt. 5. Magnopere communis salutis interest. 6. Manus hostium distinentur. 7. Rei publicae interest manus hostium distinere. 8. Remorum interest exploratores mittere. 9. Haec mandata sunt. 10. Iam copiae non longe aberant. 11. Commeatus ad Caesarem sine periculo portari possunt. 12. Erat fossa pedum decem in altitudinem.

51. Chap. 6. 1. Rei publicae interest nuntium ad Caesarem mittere. 2. A flumine oppidum abest milia passuum decem. 3. Ab oppido flumen abest milia passuum octo. 4. Lapides passus centum coniciebant. 5. Lapides in murum iacti sunt. 6. Oppidum militibus nudari coeptum est. 7. Magna multitudo lapides conicere coepit. 8. Iccius summa gratia erat apud Remos. 9. Unus ex legatis ad Caesarem venit. 10. Diutius sustinere non possunt.

52. Chap. 7. 1. De media nocte; eadem de causa. 2. Caesar nuntiis ducibus usus est. 3. Sagittarii et funditores subsidio oppidanis missi sunt. 4. Sagittariorum adventu Remis spes defensionis discessit. 5. Omnes vici incensi sunt. 6. Ab milibus passuum tribus castra posita sunt; ab milibus passuum minus tribus; ab milibus passuum amplius tribus.

53. Chap. 8. 1. Ex utraque parte; extremae fossae. 2. Tantum loci; opinio virtutis; subsidio esse. 3. Proelio supersedit. 4. Nostri non sunt hostibus inferiores.

5. Locus ad equestre proelium opportunus erat. 6. Tantum est quantum loci acies occupare potest. 7. Quantum loci occupat acies? 8. Ad extremas fossas castella constituta sunt. 9. Cur (quo consilio) milites in castris reliquit? 10. Si quo opus erit, venient.

54. Chap. 9. 1. Exercitus est inter paludem et montem. 2. Initium transeundi fecerunt. 3. Cur nostri exspectabant? 4. Ut hostīs impeditos adgrederentur. 5. Inter nostros et hostīs contenditur. 6. Neutris equitum proelium secundum fuit. 7. Si poterunt, castellum expugnabunt. 8. Si castellum expugnaverint, pontem interscindent. 9. Si hoc facere non poterunt, nostros commeatu prohibebunt. 10. Partem suarum copiarum traduxerunt.

55. Chap. 10. 1. Numidae levis armaturae pontem traducti sunt. 2. Acriter pugnabatur. 3. Caesar a Titurio certior fiebat Numidas pontem transire. 4. Numidarum magnus numerus ab equitatu occisus est. 5. Si flumen transibunt, repulsi erunt. 6. Spes eos fallent. 7. Domum suam quisque revertit. 8. Eis persuadet ut morentur. 9. Eis persuadetur ut transeant. 10. Eis persuaderi non potest ut diutius morentur. 11. Vobis persuaderi non potest ut auxilium feratis. 12. Potius suos quam alienos finīs defenderunt.

56. Chap. 11. 1. Novissimum agmen; prima luce; sub occasum solis; qua de causa? 2. Magno cum tumultu castris egressi sunt. 3. Sibi quisque primum locum petebat. 4. Secunda vigilia domum pervenerunt. 5. Magno cum clamore novissimum agmen (novissimos)

adorti sunt. 6. Magno cum periculo se in castra receperunt. 7. Qua de causa exercitum Caesar in castris continuit? 8. Priores aberant a periculo. 9. Ut se in castra reciperent imperatum erat.

57. Chaps. 12, 13. 1. Ex itinere; maiores natu. 2. Postridie eius diei se hostes ex terrore receperunt. 3. Paucis defendentibus oppidum expugnare non potuit. 4. Id expugnare conatus non potuit. 5. Regis duo filii obsides accepti sunt. 6. Turribus constitutis, Galli permoti sunt. 7. Permoti arma tradiderunt. 8. Armis traditis, in deditionem accepti sunt. 9. Caesare castra ponente maiores natu ex oppido egressi sunt. 10. Manus suo more panderunt.

58. Chaps. 14, 15. 1. Non solum . . . sed etiam; et . . . et; honoris Divitiaci causa. 2. Pro vobis verba faciam. 3. Eum magnam calamitatem civitati intulisse intellego. 4. Divitiacus dixit Aeduos arma conlaturos (esse). 5. Magna inter Belgas auctoritate sunt. 6. Caesar dixit sua se clementia usurum. 7. Se magna (summa) esse clementia. 8. Atque se honoris Aeduorum causa eos conservaturum. 9. Obsidibus traditis, arma contulerunt. 10. Caesar mansuetudine in eos usus quingentos obsides poposcit. 11. Caesar de moribus Aeduorum quaesivit. 12. Nullus aditus est ad eos mercatoribus. 13. Sunt homines maximae virtutis.

59. Chaps. 16, 17. 1. Ad hoc tempus; iter facere. 2. Per aetatem homines ad pugnam inutiles sunt. 3. Quem in locum mulieres coniecerant? 4. Caesar inveniebat Nervios in paludes liberos (eos per aetatem

ad pugnam inutiles) coniecisse. 5. Ex quibus haec cognovit? 6. Flumen amplius milia passuum X abest. 7. Exercitus amplius milia passuum V iter fecit. 8. Cum prima legio in castra veniret, Nervii eam (hanc) adorti sunt. 9. Nervii cum trans flumen consedissent, adventum Caesaris exspectabant. 10. Nihil erit negoti impedimenta diripere. 11. Reliquae legiones magnum spatium absunt. 12. Copiae cum iter facerent, hostes adoriri non audebant.

60. Chaps. 18, 19. 1. Totum agmen claudere; aliter se habere ac; iam in manibus (nostris). 2. Flumen Sabis supra nominatum est. 3. Altitudo est fluminis pedum sex. 4. Collis est altitudo pedum circiter centum; amplius passuum centum. 5. Caesar equitatum praemisit. 6. Cum equitatum praemisisset (equitatu praemisso), ipse subsequebatur. 7. Ratio agminis aliter se habet ac Belgae deferunt. 8. Qui totem agmen claudebant? 9. Hostes se in silvas receperunt. 10. Quem ad finem nostri eos insecuti sunt?

61. Chap. 20. 1. Tibi omnia uno tempore sunt agenda. 2. Mihi signum dandum est. 3. Legato, viro summae scientiae, acies instruenda est. 4. Caesari milites cohortandi sunt. 5. His difficultatibus usus militum erat subsidio. 6. Illi intellegunt quid fieri oporteat. 7. Ipsi sibi praescripserunt quid fieri oporteret. 8. Singuli legati ab singulis legionibus non discesserunt. 9. Per me quae videntur administrabo.

62. Chaps. 21, 22. 1. Aliae legiones alia in parte. 2. Necessarias res imperavit. 3. Ad decimam legionem

cohortandam hoc fecit. 4. Tempus est insignia adcommodandi. 5. Parati sunt ad dimicandum. 6. Paratus est ad dimicandum. 7. Tempus pugnandi dimiserunt. 8. Signum proelii committendi Caesari dandum est. 9. Alii alia in parte (aliis in locis) erant. 10. Alius alia in parte erat.

63. **Chap. 23.** 1. Summa imperi; in fugam conicere. 2. Legionis decimae milites tela emiserunt. 3. Atrebates cursu erant exanimati. 4. Ad flumen transeundi causa progressi sunt. 5. Quo ex loco eos compulerunt? 6. Quibus (quo) eos interfecerunt? 7. Gladiis militum interfecti sunt. 8. Magna pars eorum interfectus est. 9. Quibuscum sunt congressi? 10. Sinistra pars castrorum nudata est.

64. **Chap. 24.** 1. Se recipere; fugam petere. 2. Aliam in partem; in omnīs partīs. 3. Levis armaturae pedites cum equitibus una fuerunt. 4. Ii primo hostium impetu pulsi sunt. 5. Hostes adversis equitibus occurrebant. 6. Calones praedandi causa egressi sunt. 7. Alii aliam in partem ferebantur. 8. Multitudine Gallorum castra complebantur. 9. Funditores in omnīs partīs fugiebant. 10. Legiones ab equitatu premebantur.

65. **Chap. 25.** 1. Res est in angusto; operam navare; signa inferre. 2. Milites conferti sibi erant impedimento. 3. Sextius multis gravibusque volneribus confectus est. 4. Res erat in angusto neque ullum subsidium submitti poterat. 5. Caesar scutum militi detraxit. 6. Cui scutum detraxit? 7. Sextione telum detrahet? 8. Milites signa intulerunt.

66. Chap. 26. 1. Nihil sibi reliqui facere. 2. Nihil sibi reliqui fecit. 3. Conversa signa in hostīs intulerunt. 4. Duae legiones novissimo agmini fuerunt praesidio. 5. Decimam legionem suis praesidio misit. 6. Non timent ne circumveniantur. 7. Audacius resistent. 8. Labienus castris hostium potitus est. 9. Impedimentisne potitus est? 10. Quo in loco res est? 11. Quo in loco res esset cognovit.

67. Chap. 27. 1. Milites scutis innitebantur. 2. Etiam inermes armatis occurrebant. 3. Equites turpitudinem fugae virtute deleverunt. 4. Se legionariis militibus praeferebant. 5. Tu te mihi praefers. 6. Primi eorum ceciderunt. 7. Ceteri eis iacentibus insistebant. 8. Pila intercepta remittebant. 9. Fluminis ripa potiti sunt. 10. Flumen eis erat praesidio.

68. Chap. 28. 1. Prope ad internecionem gens Nerviorum redacta est. 2. Cum milites victi essent, maiores natu se dediderunt. 3. Victis nihil tutum est. 4. Omnes qui supererant se Caesari dediderunt. 5. Omnes qui supersunt se dedent. 6. Vix quingenti sunt qui arma ferre possunt. 7. Cum supplices essent, Caesar in eos misericordia usus est. 8. Cum se dediderint, eos conservabo.

69. Chap. 29. 1. De Aduatucis supra scripsi. 2. Auxilio Nerviis veniebant. 3. Venientibus eis pugna nuntiata est. 4. Pugna nuntiata, domum reverterunt. 5. Ex omnibus in circuitu partibus altae rupes erant. 6. Praeacutae trabes in muro conlocatae sunt. 7. Ea impedimenta quae agere non poterant portaverunt.

8. Alias bellum inferunt, alias pacem faciunt. 9. Cum finitimi eos exagitarent, se defenderunt. 10. Omnium consensu hic locus delectus est.

70. **Chap. 30.** 1. Crebrae excursiones factae sunt. 2. Parvulis proeliis contendebatur. 3. Turris procul constituta est. 4. Cur turrim inriserunt? 5. Quibusnam viribus eam in muro vos conlocare confiditis? 6. Cum sit tanti oneris, non potestis. 7. Homines tantulae staturae estis. 8. Prae altitudine turris vos brevissimi estis. 9. Turris eis contemptui erat. . 10. Plerumque Galli sunt homines magnae staturae.

71. **Chap. 31.** 1. Turris movebatur et adpropinquabat moenibus. 2, Movetur et adpropinquat moenibus. 3. Romani ope divina bellum gerunt. 4. Nos vestrae (tuae) potestati permittimus. 5. Unum petimus ac deprecamur. 6. Aduatuci sunt conservandi. 7. Finitimi nostri nobis invident. 8. Nobis sunt inimici. 9. Hostes nostri sunt nobis finitimi. 10. Romani erant Aduatucis inimici.

72. **Chap. 32.** 1. Magis consuetudine mea quam merito vestro est. 2. Caesaris consuetudine est victos conservare. 3. Aduatuci consuetudine sua tertiam armorum partem celaverunt. 4. Si vos dederitis, conservabo. 5. Id quod in Nerviis feci faciam. 6. Eo die pax erat. 7. Nervii Romanis inimici fuerunt.

73. **Chap. 33.** 1. Noctu; sub vesperum. 2. Tertia vigilia; postridie eius diei. 3. Portae clausae sunt. 4. Milites ex oppido noctu exierunt. 5. Cur portas

claudi iussit Caesar? 6. Hoc consilium antea inierant. 7. Scuta ex cortice fecerunt. 8. Pugnatur ab hostibus ita acriter ut a viris fortibus pugnari debet. 9. Pugnatum ab eis ita acriter est ut a viris fortibus pugnari debuit. 10. Eo concursum est. 11. Quot viri eo die occisi sunt? 12. Hoc consilio portae refractae sunt.

74. Chap. 35. 1. Quindecim dies; inita aestate; ante id tempus. 2. Omnis Gallia pacata est. 3. Nationes quae trans Rhenum incolebant legatos miserunt. 4. Quae legationes ad eum proxima aestate reverterunt. 5. Se obsides daturas pollicitae sunt. 6. Caesar se in Italiam properaturum pollicitus est. 7. Se in hibernacula deducturum legiones pollicitus est. 8. Ex litteris Caesaris senatus supplicationem decrevit.

BOOK III.

75. Chaps. 1, 2. 1. Quae causa Caesari in Italiam proficiscendi fuit? 2. Iter per Alpīs patefacere volebat. 3. In illis locis hiemare constituit. 4. Vicus in quo hiemabant Octodurus appellatus est. 5. Valles in qua positus est hic vicus non erat magna. 6. Flumen erat quod in duas partīs hunc vicum divisit. 7. Consilium capere; accedebat quod. 8. Montes qui impendent a Sedunis tenentur. 9. Galli, quibus alteram partem vici adtribuerat, noctu discesserunt omnes. 10. Accidit ut subito bellum renovarent. 11. Duas cohortīs, neque eas plenissimas, Galli despiciebant. 12. Sed ne primum quidem impetum sustinere non poterant.

76. Chaps. 3, 4. 1. Provisum est; maiori parti placet; tantum periculi. 2. Opus hibernorum non plene est perfectum. 3. De commeatu non satis est provisum. 4. Subsidio veniri non potest. 5. Huius modi sententiae dicebantur ut impedimenta relinquerent. 6. Tantum erat periculi ut salutem desperarent. 7. Maiori placuit impedimenta relinquere. 8. Vix signo dando tempus datur. 9. Nostri primo nullum frustra telum miserunt. 10. Hostes diuturnitate pugnae sunt defessi. 11. Illi sunt tam pauci ut proelio excedere non possint. 12. Ne defessi quidem excedere possunt. 13. Ne saucii quidem eum locum relinquere possunt.

77. Chaps. 5, 6. 1. Nervicum bellum; ad extremum casum; extremum auxilium. 2. Hostes non solum acrius instabant, sed etiam fossas complere coeperunt. 3. Nervico proelio Sextius volneribus confectus est. 4. Una est spes salutis, si eruptionem faciemus. 5. Intermittite proelium, ac tantummodo tela missa excipite. 6. Proelium intermittant. 7. Vos ex labore reficite. 8. Se ex labore reficiant. 9. In spem venire; tertia pars. 10. Neque cognoscendi quid fiat neque nostri conligendi nobis facultatem relinquitis. 11. Num in spem omnium hostium interficiendorum venistis? 12. Undique castra circumvenite. 13. Castra circumveniant. 14. Ex hominum milibus amplius tribus tertia pars interfecta est.

78. Chaps. 8, 9. 1. Ora maritima. 2. Venetorum est amplissima auctoritas, quod omnem oram maritimam tenent. 3. Scientia nauticarum rerum omnīs antecedebant. 4. Omnes qui navibus utuntur eorum vectigales sunt. 5. Obsides recuperare quam in servitute Romanorum

permanere malumus. 6. Remittite nobis obsides nostros. 7. Obsides remittant. 8. Cum primum; longe alius atque. 9. Naves interim longae aedificabantur, remiges instituebantur, nautae gubernatoresque comparabantur. 10. Veneti navibus, militibus Romani plus possunt. 11. Navīs quam plurimas aedificaturi sumus. 12. Omnia contra opinionem acciderunt. 13. Ubi bellum gesturi sunt? 14. Non intellegimus ubi bellum gesturi sint.

79. **Chaps. 10, 11.** 1. Novis rebus studere; nobis idem licet. 2. Maximae erant difficultates belli gerendi. 3. Si hanc defectionem neglegemus, Morini sibi idem licere arbitrabuntur. 4. Remi reliquos Gallos ad bellum excitaturi erant. 5. Priusquam plures civitates conspiraverant, exercitum partitus est. 6. Priusquam plures civitates conspirarent, exercitus latius distributus est. 7. Caesar, priusquam plures civitates conspirarent, exercitum partiendum sibi putavit. 8. Labieno mandavit Remos in officio contineret. 9. Priusquam Aquitani auxilia miserunt, Crassus in eam regionem profectus est. 10. Crassus, tardus natura, in Aquitaniam profectus est, priusquam auxilia mitterentur. 11. Sabinus Unellos Lexoviosque distinendos curavit.

80. **Chaps. 12, 13.** 1. Neque pedibus neque navibus in oppida est aditus. 2. Caesar aggeribus ac molibus mare extrusit. 3. Quo sua facilius deportarent, navium facultatem habebant. 4. Sua deportabant priusquam aestus minuit. 5. Magnam partem aestatis Caesar tempestatibus detinebatur. 6. Naves planae factae sunt quo facilius vada excipere possint. 7. Totae factae sunt ex robore quo facilius fluctuum contumeliam perferant. 8. Trabi-

bus pedalibus, pellibus pro velis utēbantur. 9. Tanta in Gallicis navibus erat firmitudo ut nostrae eis nocere non possent. 10. Neque tempestates eis facile nocere poterant. 11. Saxa et cautes navibus nostris nocent. 12. Naves nostrae neque tempestatem facile ferre neque in vadis tuto consistere poterant.

81. Chaps. 14, 15. 1. Neque hostium fugam reprimere neque eis nocere possumus. 2. Eis noceri non potest. 3. Ei nocetur. 4. Brutus classi praeerat. 5. Caesar exercitui praeerat. 6. Non satis mihi constat quid agam. 7. Eorum navibus rostris nostris noceri non potest. 8. Puppes erant altae quo tela gravius acciderent. 9. Nostri virtute superabant. 10. Transcendere in navem; solis occasus; hora quarta. 11. Ternae ac quaternae naves singulas hostium circumsteterunt. 12. Cum nostri in navīs hostium transcendissent, hi fuga salutem petierunt. 13. Cum ei rei nullum reperirent auxilium, navīs converterunt. 14. Ab hora fere tertia usque ad nonam pugnabatur.

82. Chaps. 16, 17. 1. Sub corona vendere; in reliquum tempus. 2. Non habent quo se recipiant. 3. Non habent quem ad modum oppida defendant. 4. In eos graviter vindicandum est, quo diligentius ius legatorum cōnservent. 5. Summa imperi; pugnandi potestas; opinio timoris. 6. Caesar cum omnibus copiis in Unellos pervenit. 7. Viridovix iis copiis quas coegerat praeerat. 8. In castra cum reliquis ducibus proficiscuntur. 9. Spes praedandi magnam multitudinem latronum evocaverat. 10. Caesare absente Sabinus pugnare nolebat. 11. Nisi opportunitate aliqua data legato non dimicandum est.

83. **Chaps. 18, 19.** 1. Pro perfuga; factum est ut. 2. Sabinus cuidam homini callido persuasit ut ad hostīs transiret. 3. Hic, Gallus, eos Sabinum proxima nocte ex castris exercitum educturum edocuit. 4. Occasionem exercitum ex castris educendi amitti non oportet. 5. Fere libenter homines id quod volunt credunt. 6. Laeti ad castra cum armis contenderunt. 7. Magno cursu contenderunt. 8. Romanos se conligere nolebant. 9. Exanimati in castra pervenerunt. 10. Sabinus suis cupientibus signum dedit. 11. Factum est ut Sabinus cum magna militum multitudine duabus portis eruptionem faceret. 12. Virtute militum ne unus quidem hostium evasit. 13. Alacres bella suscipiunt Galli.

84. **Chaps. 20, 21.** 1. Eodem fere tempore P. Crassus in eis locis bellum gerebat ubi Valeri exercitus pulsus erat. 2. Mallius, impedimentis amissis, ex eodem loco profugit. 3. Quo cum pervenisset, non mediocrem diligentiam adhibuit. 4. Locum esse ubi paucis ante annis Valerius interfectus esset intellexit. 5. Cum in nostra virtute totius Aquitaniae salus ponatur (posita sit), ne terga vertamus. 6. Virtute freti oppidum oppugnemus. 7. Caesar, superioribus victoriis fretus, oppidum oppugnavit. 8. Huius (cuius) rei est peritissimus. 9. Alias eruptiones fecerunt, alias cuniculos ad aggerem egerunt. 10. Aquitani huius rei sunt periti.

85. **Chaps. 22, 23.** 1. Sibi [mihi, *etc.*] mortem consciscere. 2. Hi devoti soldurii appellantur. 3. Si quid ei accidat cuius se amicitiae soldurius devoverit, mori non recuset. 4. Eruptione facta, tamen in oppidum repulsi sunt. 5. Repulsi, tamen eadem deditionis

condicione utebantur. 6. Si eruptio fiat, repellantur. 7. Satis praesidi; idem sentire. 8. Paucis diebus, quibus eo ventum erat, oppidum expugnatum est. 9. Barbari, adventu Crassi commoti, tamen bellum gerere conati sunt. 10. Si ex Hispania auxilia arcessant, hostium numerus augeatur. 11. Cum in dies hostium numerus augeretur, Crassus pugna decertare paravit. 12. Cum omne consilium idem sentiret, posterum diem pugnae constituit.

86. **Chaps. 24–26**. 1. Se recipere; prima luce; multa nocte; quid consili. 2. Tutius est, duplici acie instituta, auxilia in mediam aciem conicere. 3. Quid hostes consili capiant exspectemus. 4. Hostes arbitrabantur se, obsessis viis, victoria potiri posse. 5. Exspectari diutius non oportet quin ad castra hostium eatur. 6. Cum alii pugnantibus lapides subministrarent, alii ad aggerem cespites comportabant. 7. Hostes constanter pugnabant, ne tela frustra acciderent. 8. Equites nostri circumducti sunt ne ab hostibus conspicerentur. 9. Circumducuntur ne conspiciantur. 10. Si conspiciantur, hostes quid rei geratur cognoscant. 11. Prius muros proruerunt quam hostes quid rei gereretur cognoscere possent.

87. **Chaps. 27–29**. 1. Longe alia ratione ac; pro vallo. 2. Morini longe alia ratione ac Caesar bellum gerebant. 3. In silvas sua omnia contulerunt. 4. Aestate exacta, suberit hiems. 5. Nostri, armis captis, hostes repulerunt. 6. Hostes, impetu in nostros facto, in silvas repulsi sunt. 7. Caesar silvas cecidit ne quis inermibus militibus (in inermīs milites) impetus fieri posset.

BOOK IV.

88. Chaps. 1–3. 1. A pueris. 2. Annos duos domi remanebimus. 3. Annum uno in loco remanent. 4. Suevi eos complurīs annos exagitaverant. 5. Centum pagi sunt, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa educuntur. 6. Hi domi manent, illi in armis sunt. 7. Pueri nullo officio adsuefacti sunt. 8. Nihil contra voluntatem faciunt. 9. Cotidiana exercitatione homines maxima vi fiunt. 10. Galli equis maxime delectantur. 11. Sed Germani parvis atque deformibus utuntur. 12. Neque turpius quicquam habent quam ephippiis uti. 13. Ad quemvis numerum mollium Gallorum quamvis pauci, adire audent. 14. Ubii cum eiusdem generis sint, tamen humaniores sunt ceteris Germanis.

89. Chaps. 4–6. 1. Ad extremum; in vestigio; consilium inire. 2. Triennium vagatus est. 3. .Tridui viam progressi sunt. 4. Menapii cis Rhenum praesidia disposuerunt. 5. Illi omnia experti, reverti se in suas sedīs simulaverunt. 6. Omnīs navīs Menapiorum occupaverunt, priusquam flumen transierunt. 7. Prius Rhenum transierunt quam Menapii, qui citra flumen erant, certiores fieri possent. 8. Gallis nihil est committendum. 9. Viatores etiam inviti quid audierint pronuntiare coguntur. 10. Quibus ex regionibus venistis? 11. Consiliorum eos paenitet. 12. Consilium iniit cuius eum in vestigio paenituit. 13. Saepe consiliorum quae ineunt in vestigio paenitere necesse est. 14. Ea quae fore suspicatus sum facta sunt.

90. **Chaps. 7–9.** 1. Post diem tertium; aliquot diebus ante. 2. Non recusamus, si lacessimur, quin contendamus. 3. Neque priores aliis bellum inferimus. 4. Eis quicumque nobis bellum inferunt resistimus, neque deprecamur. 5. Ne Romani nos ex eis agris quos possideamus eici patiantur. 6. Nos unis diis immortalibus concedimus, quibus ne Suevi quidem pares sunt. 7. Mihi nulla vobiscum amicitia esse possit, si in Gallia remaneatis. 8. Germanos orationis non paenituit. 9. Nos uni sumus qui diis immortalibus pares simus. 10. Nemo est quem vincere non possimus. 11. Ubiis agri in Gallia sunt. 12. Mihi domi sunt amici. 13. Germani in Ubiorum finibus aliquot annis ante consederant. 14. Legati ad Caesarem post diem tertium reverterunt.

91. **Chaps. 10–12.** 1. Eodem illo pertinere; iureiurando fidem facere. 2. Quibus ex nationibus sunt qui piscibus atque ovis avium vivunt. 3. Magnopere oramus ne longius progrediaris. 4. Petimus uti equites praemittas. 5. Si Ubii nobis iureiurando fidem fecerint, nos ea condicione quam fers utemur. 6. Huc postero die frequentissimi convenerunt. 7. Praefectis nuntiate ne hostīs lacessant. 8. Cum equitum nostrorum esset amplius quinque milium numerus, hostes in eos impetum fecerunt. 9. Cum indutias petiissent, ex (militibus) nostris quattuor et septuaginta interfecerunt. 10. Nostri, cum nihil timerent, celeriter perturbati sunt. 11. Piso amplo genere natus est.

92. **Chaps. 13, 14.** 1. Maiores natu; summae dementiae est. 2. Ne . . . an . . . an; contra atque erat dictum; nihil spati. 3. Summae dementiae erat

exspectare dum hostes consilia cepissent. 4. Summae dementiae est exspectare dum equitatus revertatur. 5. Postridie eius diei mane principes ad Caesarem sui purgandi causa venerunt. 6. Caesar eos retineri iussit dum proelium esset. 7. Cum principes pro legatis venirent, Caesar eos retinuit. 8. Summae dementiae est unum diem praetermittere. 9. Hocne an illud facere praestet nescimus. 10. Consiliumne habere an arma capere praestat? 11. Prius ad castra perveniet quam quid agatur sentire possumus. 12. Milites prius in castra inruperunt quam quid ageretur sentire possemus.

93. **Chaps. 15, 16.** 1. Omnes ad unum; discedendi potestas; posse et audere. 2. Praestatne Rhenum transire an in castris remanere? 3. Armis abiectis, se ex castris eiecerunt. 4. Timore oppressi se in flumen praecipitaverunt. 5. Nos ad unum omnes, perpaucis volneratis, incolumes eramus. 6. Apud Caesarem remanere voluerunt, quod supplicia Gallorum veriti sunt. 7. Multis de causis Caesar bellum esse conficiendum statuit. 8. Existimavit sibi Rhenum esse transeundum quod Germani facile impellerentur ut in Galliam venirent. 9. Germani suis rebus timebant quod Romani Rhenum transire auderent. 10. Ubii auxilium orabant quod graviter ab Suevis premerentur. 11. Reliqui proelio non interfuerunt quod flumen transierant. 12. Magnopere vos oramus ut nobis auxilium feratis.

94. **Chap. 17.** 1. Suae (meae, *etc.*) dignitatis. 2. Quo . . . eo; diebus decem quibus; ex eo tempore quo. 3. Navibus Rhenum transire non est Caesaris dignitatis. 4. Itaque pons faciendus est. 5. Pons factus est ut

exercitus traduceretur. 6. Tigna non directe ad perpendiculum sed prone adacta sunt. 7. Quo maior vis aquae est hoc artius haec tigna inligata tenentur. 8. Sublicae agebantur ut vim fluminis exciperent. 9. Atque ne arborum trunci a barbaris missi ponti nocerent. 10. Diebus decem quibus institui coeptus est pons effectus est. 11. Caesar ad pontem praesidium reliquit ne barbari deicerent. 12. Sugambri quod pons fieret sua omnia in silvas exportaverunt.

95. Chaps. 19, 20. 1. Suevi, posteaquam Caesarem pontem facere compererunt, concilium habuerunt. 2. De oppidis demigrate, et omnia vestra in silvis deponite. 3. Caesar comperit Suevos liberos uxoresque in silvis deposuisse, 4. atque omnīs qui arma ferre possent convenire. 5. Caesar, posteaquam Sugambros ultus est, se in Galliam recepit. 6. Dies omnino decem et octo trans Rhenum consumpsit. 7. Omnibus fere Gallicis bellis hostibus nostris ex Britannia subministrata sunt auxilia. 8. Magno nobis usui erit, si modo quae nationes Britanniam incolant cognoverimus. 9. Caesar se reperire posse ex mercatoribus qui essent ad maiores navīs idonei portus arbitrabatur. 10. Mercatores ad se vocavit ut quanta esset insulae magnitudo (quanta esset insula) reperiret.

96. Chaps. 21, 22. 1. Quam primum; Caesaris fidem sequi. 2. Naves onerariae; naves longae; quod navium; liberaliter polliceri. 3. Legati venerunt qui se obsides daturos dicerent. 4. Auctoritas Commi apud Atrebates magni habebatur. 5. Ego eius auctoritatem parvi habeo. 6. Quanti tu eius auctoritatem habes? 7. Adi quas

possis civitatīs, meque celeriter venturum nuntia. 8. Regiones omnīs perspiciam, quantum mihi facultatis datur, qui navi egredi non audeam. 9. Morini venerunt qui se excusarent quod barbari essent. 10. Venimus ut nos ea quae imperabis facturos polliceamur. 11. Quod praeterea navium longarum habemus in Galliae ora maritima relinquemus.

97. Chaps. 23, 24. 1. (In) navīs conscendere; (ex) navibus egredi. 2. Res militaris; maritimae res; (ad nutum et) ad tempus. 3. Cum navīs conscendissent, dum idonea ad navigandum tempestas esset, in ancoris exspectaverunt. 4. Nequaquam idoneus est ad egrediendum locus, ubi ex locis superioribus in litus tela adigi possint. 5. Et res militaris et maxime maritimae res postulant ut (ad nutum et) ad tempus omnes res administrentur. 6. Romani navīs nisi in alto constituere non poterant. 7. Eis de navibus impeditis manibus desiliendum (est). 8. Britannis paulum in aquam progrediendum (est). 9. Nostris onere armorum oppressis in fluctibus consistendum (est). 10. Hostes autem, membris expeditis, tela ex arido conicere poterant.

98. Chaps. 25, 26. 1. Pedem referre; officium praestare; insulam capere. 2. Naves longae, paulum remotae ab onerariis navibus, remis incitatae sunt. 3. Hostes fundis, sagittis, tormentis e navibus longis missis submoti sunt. 4. Nisi tormentis permoveri vultis, pedem paulum modo referte. 5. Is certe qui aquilam ferebat suum rei publicae officium praestitit. 6. Nisi ex navibus desilueritis, aquilam hostibus prodetis. 7. Nostra signa subsequi non poteramus, sed quibuscunque signis

occurrimus nos adgregabamus. 8. Hostes aliquos singularīs ex navibus egredientīs circumsistebant. 9. Quod cum animadvertisset Caesar, scaphas militibus completas laborantibus subsidia submittebat. 10. Nostri hostīs in fugam dederunt, neque eos prosecuti sunt, quod equites non habebant.

99. Chaps. 27–30. 1. Simul atque; oratoris modo. 2. Post diem quartum; inter se (nos, *etc.*) conloqui; rebellionem facere. 3. Commium, simul atque e navi egressus est, cum ad eos oratoris modo venisset, barbari comprehenderunt atque in vincula coniecerunt. 4. Si omnem culpam in multitudinem confertis, vobis ignosci non potest. 5. Tanta est tempestas ut naves cursum tenere non possint. 6. Navium aliae eodem unde erant profectae relatae sunt, aliae ancoras iecerunt. 7. Accidit ut luna plena maritimos aestus maximos efficiant. 8. Accidit ut Caesar lunam plenam maritimos aestus maximos efficere nesciret. 9. Tanta erat perturbatio nostri exercitus ut Britanni rebellionem fecerunt. 10. Navīs, armamentis amissis, ad navigandum inutilīs esse constat. 11. Eos commeatu prohibeamus. 12. Nostros frumento prohibebant. 13. Eos reditu intercludebant. 14. Optimum factu est commeatu eos prohibere et reditu intercludere.

100. Chaps. 31–34. 1. Aliquid novi consili; paulo longius; noctu. 2. In ea parte; in omnibus partibus. 3. Maior quam consuetudo fert; continuos complurīs dies. 4. Navium adflictarum materia uti ad reliquas reficiendas necesse erat. 5. Pulverem maiorem quam consuetudo fert in ea parte videmus quam in partem

legio iter fecit. 6. Cum hae cohortes in eam partem profectae essent, reliquae cohortes confestim eas subsecutae sunt. 7. Dum nostri in metendo occupantur, hostes, qui in silvis delitescebant, subito eos adorti sunt. 8. Primo per omnīs partīs perequitarit; deinde se inter equites insinuant. 9. Tum ex essedis desiliunt, aurigaeque ex proelio excedunt. 10. Etiam in declivi ac praecipiti loco incitatos equos sustinere possunt. 11. Hostes illo loco constiterant. 12. Continuos complurīs dies tempestate hostis a pugna prohibebatur. 13. Magna in perpetuum patriae liberandae facultas datur, si Romanos insula expulerimus.

101. **Chaps. 35–38.** 1. Navīs (navem) solvere; proelium committere; rebellionem facere. 2. Etsi hostes celeritate periculum effugere possunt, tamen nostri proelium committent. 3. Equites triginta, de quibus ante dictum est, hostīs secuti complurīs ex eis occiderunt. 4. Die aequinoctii hiemi navigatio non subicienda est. 5. Etsi media nocte navīs solverunt, incolumes tamen portum ceperunt. 6. Si vos interfici non vultis, ponite arma. 7. Etsi se interfici nolebant, arma non posuerunt. 8. Hominum circiter milia sex convenerunt ut trecentos defenderent. 9. Posteaquam equitatus noster in conspectum venit, hostes, abiectis armis, terga verterunt. 10. Quo nos recipiamus non habemus. 11. Superiore anno Morini paludibus perfugio fuerant usi.

BOOK I.

102. **Chaps. 1–5.** 1. Belgae, qui unam trium partium Galliae incolunt, sunt fortissimi omnium Gallorum, propterea quod ea quae animum effeminant non important.

2. Qui virtute omnīs finitimos praecedunt, ii principatum omnis Galliae obtinent. Quibus rebus fit ut cum Germanis continenter bellum gerant.

3. Magno carrorum numero coëmpto, atque ceteris rebus confectis [cum magnum carrorum numerum coëmissent, atque omnīs res alias confecissent] Orgetorigem ad legationem ad civitatīs suscipiendam delegerunt.

4. Eo tempore Casticus, Sequanus, qui regnum in civitate sua occupaverat, atque Dumnorix, Aeduus, cui Orgetorix filiam suam in matrimonium dederat, oratione Orgetorigis adducti, inter se fidem dederunt.

103. **Chaps. 6–10.** 1. Unum [alterum] iter est difficile, propterea quod mons altus impendet; alterum facile, quod prope est Rhodanum, in quo pons est.

2. Omnibus rebus comparatis, dies dicitur, qua die ponte ex Genava pertinente Rhodanum transeant, propterea quod hoc iter est facilius.

3. De eorum adventu ubi Caesar certior factus est, maturavit Roma proficisci ut eos interciperet. Legatis ad se missis respondit se non existimare Helvetios iter per provinciam sine maleficio facturos esse.

4. Tamen diem dixit, qua die legati reverterent, et interea muro fossaque a lacu ad montem perductis, prae-

sidiis dispositis, castellis communitis, cum legati revertissent, si illo itinere proficisci conati essent, se prohibiturum ostendit.

5. Quo facilius per agrum Sequanorum irent, eis obsides dederunt ut sine iniuria per eorum finīs transirent.

104. **Chaps. 11–15.** 1. Caesar, cum se ab Aeduis defendere non posset, legatum ad eos misit, qui diceret ita se omni tempore de eis meritum esse ut exercitum suum adgredi non deberent.

2. Caesar, cum rogatus esset in utram partem flueret Arar, "Oculis," inquit, "iudicari non potest, propterea quod tam incredibili lenitate fluit."

3. Quae pars exercitus, proelio facto, in silvas abdiderat, ea pontem in flumine facere instituit, ut Caesarem inopinantem adgrederentur.

4. Divico Caesari dixit, quod uno die pontem in Arare fecisset, ne ob eam rem virtutem Helvetiorum despiceret, qui repentino eius adventu commoverentur.

5. Caesar ita respondit: se eas res quas legati commemorassent memoria tenere, atque ob eam rem gravissime ferre; etiam si aliquam iniuriam fecisset, Aeduos iter per provinciam per vim temptasse oblivisci non posse; tamen, si de recentibus iniuriis sibi satisfecissent, sese eos non ulturum esse.

105. **Chaps. 16–20.** 1. Caesar, ubi Aeduos frumentum quod essent polliciti non conferre intellexit, atque pabuli non satis magnam copiam exercitui suppetere, eorum principes convocavit, et quod tam necessario tempore se non sublevassent questus est.

2. Liscus non dubitavit quin ipsi magistratus improba

oratione plebem deterrerent ne frumento usus esset quod conlatum esset.

3. Caesar multa ex Lisco aliisque quaerebat; repperit esse vera: Dumnorigem magna apud plebem gratia esse; eius uxorem esse Helvetiam, et sororem Helvetio nuptum conlocatam esse; eum equitatui praefuisse, qui in proelio adverso paucis ante diebus facto initium fugae faceret.

4. Cum ea omnia insciente Caesare facta essent, satis esse causae arbitrabatur qua re Divitiacum ad se vocaret, atque hortaretur ut de Dumnorige statueret.

5. Divitiacus ex eo multum doloris cepit, et Caesarem obsecravit ne quid gravius in fratrem statueret. Cuius precibus commotus, Dumnorigem vocavit, quae in eo reprehenderet ostendit, monuit ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitaret.

106. **Chaps. 21–26**. 1. Eodem die Caesar Considium cum exploratoribus qui cognosceret quid hostibus consili esset misit. Ipse, acie instructa, Considium exspectabat. Hic, cum Labienum montem tenere non cognovisset, Caesari renuntiavit ab hostibus teneri. Multo die Caesar cognovit eum, timore perterritum, quod non vidisset pro viso renuntiasse.

2. Caesar, seu quod exercitui frumentum metiri oportere existimaret, sive eo quod Helvetios consilia commutasse videret, superiore loco occupato, castra ibi munivit.

3. Helvetii, impetu in castra facto, pulsi sunt. Tum Caesar, triplici acie instructa, secundum impetum exspectabat. Galli gladiis destrictis sub collem successerunt. Nostri e loco superiore pila in phalangem succedentem miserunt, et hostium scuta transfixerunt et conligave-

runt, illi ut, cum sinistra impedita commode pugnare non possent, scuta (manu) emitterent et nudo corpore pugnarent. Ad multam noctem pugnatum est; sed tandem vulneribus defessi hostes se receperunt.

107. **Chaps. 27–31.** 1. Helvetii, dum Caesaris adventum exspectant, omnīs servos qui ad se perfugerant conferebant.

2. Caesar, ubi resciit circiter hominum milia V (quinque) e castris egressos ad Rhenum contendere, eos in locum unde profecti erant reverti iussit.

3. "Vobis petentibus, ut domos quas incenderitis restituatis, atque Aeduos in parem iuris libertatisque condicionem atque ipsi sitis recipiatis, concedam."

4. Eo consilio legati domos suas reliquerunt, ut a Caesare peterent ut diem omnium Galliae civitatum concilio indiceret; se ipsos secreto de civitatum salute cum eo agere velle; Galliae factiones esse duas quae de potentatu contenderent, quarum altera [una] Germanos ut Rhenum transirent arcesseret.

5. Galli, proelio fracti, obsides dare coacti sunt. Divitiacus erat unus qui adduci non posset ut iuraret. Tamen arbitrabatur Ariovistum, hominem iracundum, temerarium, ut semel Galli victi essent, in eos omnia exempla cruciatusque editurum esse.

108. **Chaps. 32–36.** 1. Sequani uni, nihil earum rerum facientes quas ceteri faciebant, ne auxilium quidem a Caesare petentes, taciti permanebant. Eius rei erat causa quod toti in potestate Ariovisti erant, quem in oppida sua receperant, cuiusque etiam absentis crudelitatem horrebant. Qua re (quo) gravissima eorum fortuna erat.

2. In tanto imperio populi Romani turpissimum (turpe) est homines, fratres a senatu appellatos, ab Ariovisto lacessi, qui, si magnam hominum multitudinem in Galliam ducat, non sibi temperet quin haec quae fecerint Cimbri Teutonique faciat.

3. Quam ob rem Caesar ab Ariovisto postulavit ut in conloquium veniret, et de summis utriusque rebus secum ageret; sed hic gravatus dixit se nescire quid omnino Caesari in Gallia negoti esset; se Aeduos superasse atque stipendiarios fecisse, et longe eis fraternum nomen populi Romani afuturum; quod Caesar sibi quem ad modum uteretur suo iure praescribere conaretur, eum secum sine ipsius pernicie non contenturum.

109. **Chaps. 37–40**. 1. Quibus rebus vehementer commoti, maturandum sibi existimant, ne, si Treveri Rhenum transire atque cum copiis Ariovisti sese coniungere conentur, minus facile iis resisti possit.

2. Dum exercitus ad hoc oppidum considit, milites, propterea quod mercatores incredibili virtute Germanos esse praedicaverant, subito timore occupati sunt. Quorum alii tam perterriti sunt ut testamenta obsignarent, alii in tabernaculis abdiderunt, et se domum proficisci velle dixerunt.

3. Caesar, convocato consilio centurionum, vehementer eos incusavit quod sibi imperatori praescribere conarentur: "Cur Ariovistus tam temere ab officio discedat? Cimbris a Mario pulsis, non minorem laudem milites quam centuriones meriti videbantur. Cur fuga Gallorum facta sit si quaeratis, reperiatis diuturnitate belli defatigatos, cui rationi contra nostros milites peritos locus non esset, hac captos esse. Intellego decimam

legionem, cui confido maxime, numquam de imperatore desperaturam esse, aut quam in partem se ducat quaesituram, sed eum secuturam, etiam si praeterea sequetur nemo."

110. Chaps. 41–44. 1. Eius oratione milites Caesaris exercitus tam commoti sunt ut ei satisfacerent, seque summa cum alacritate bellum gesturos confirmaverunt; quorum satisfactio accepta est.

2. Cum Caesar ad Ariovistum accederet, legatis ultro citroque inter eos missis, dies denique conloquio dictus est. Quod ad conloquium equites denos duxerunt, et ipsi ex equis conloquebantur.

3. In locum constitutum cum perventum esset, Caesar initio (orationis) magnum senatus in Ariovistum beneficium commemoravit, quod eum regem appellasset, et docebat, cum causam tanti benefici postulandi non iustam haberet, Romanos nihil quod dedissent ei erepturos esse, si obsides reddidisset, neque ullos amplius Germanos Rhenum transire passus esset.

4. Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit: sese rogatum a Gallis ipsis Rhenum transisse; stipendium eis iure belli imposuisse; quod stipendium si populus Romanus interpellasset, non iterum amicitiam adpetiturum; se scire Caesaris mortem multis principibus Romanorum gratam esse futuram.

111. Chaps. 45–53. 1. Caesar respondit se optime merentes socios deserere non posse, et Galliam potius non esse Ariovisti quam populi Romani; ne Arvernis quidem cum eos bello superasset, stipendium imposuisse, et iudicio senatus liberam debere esse Galliam omnem.

2. Ariovistus tanta adrogantia utebatur, equitesque eius tam prope ad Caesarem adequitabant, ut hic conloquium dirimeret. Ille autem iterum conloquium postulavit, sed Caesar nullam iterum sui obiciendi hominibus tam feris causam vidit; itaque legatos duos homines, qui lingua Germana multa utebantur, misit, qui quae Ariovistus dicere vellet referrent. Qui in catenas ab Ariovisto coniecti sunt.

3. Caesar, ubi hostīs castris se tenere intellexit, ex captivis quaesivit quam ob rem sibi pugnandi potestatem non facerent. Hanc reperiebat causam, quod se vincere ante novam lunam non posse arbitrarentur. Is, cum esse fas suos milites legionarios superare, utrum nova esset luna necne, arbitraretur, signum pugnandi dedit.

4. Ita hostes repente procurrerunt ut nostri, reiectis pilis, cominus gladiis pugnarent. Denique hostes terga verterunt, neque prius fugere destiterunt quam ad flumen pervenerunt, ubi lintris quibus transirent invenerunt.

BOOK II.

112. **Chaps. 1–5.** 1. Verentur ne, omni pacata Gallia, populi Romani exercitus hiemet apud Germanos.

2. Coniurandi hae erant causae: primum, quod ad se exercitum nostrum adduci nollent; deinde, quod a potentioribus vulgo regna occupari moleste ferrent.

3. Cum primum cognovit quae gererentur, dedit negotium Quinto Pedio ut rem frumentariam compararet, et inita aestate legatum misit qui Senones certiores faceret se castra movisse.

4. De civitatibus quae in armis erant Caesar sic repe-

riebat: Gallos intra finīs Belgarum ingredi prohibitos esse; qua ex re fieri uti quanta multitudo ibi consederint non cognoverint; quemque electa milia viginti pollicitum; Nervios, qui longissime abessent, esse maxime feros.

113. **Chaps. 6–11.** 1. Caesar, paulisper apud Bibractem moratus, quod oppidum, ut fumo significabatur, minus milibus passuum septem aberat, ad oppidum omnibus copiis contendit ut Iccio auxilium ferret.

2. Ubi periclitatus est quid sui equestri proelio possent, eos non esse inferiores quam hostis intellexit; et castris in colle paululum ex planitie edito positis, atque transversa fossa ab utroque latere collis obducta, pro castris aciem constituit.

3. Interim hostes paludem, quae erat inter sua et nostra castra, transire conati sunt, eo consilio ut nostros adgrederentur. Hi, audacissime eos in palude impeditos circumvenire conantes, in locum iniquiorem progressi, multitudine telorum repulsi sunt.

4. Caesar, per speculatores hostis castris egredi constituisse certior factus, legatum qui prosequeretur praemisit. Equitatus, multa milia passuum eos prosecutus, novissimum agmen adgressus est. Hi autem constiterunt, fortiterque impetum sustinuerunt; sed priores, exaudito clamore, perturbati fugerunt.

114. **Chaps. 12–17.** 1. Oppidum Noviodunum, in quod se receperant, in finibus erat Suessionum. Caesar ad hoc oppidum oppugnandum aggerem iacere turrisque constituere coepit, quae res tam Gallos permoverunt ut legatos ad eum mitterent.

2. Pro Bellovacis Divitiacus, dimissis copiis, fecit verba: eos omnīs contumelias perferre coactos esse; qui consilia principum intellegerent a Caesare petere ut sua clementia non solum in eos sed etiam in omnīs Belgas uteretur.

3. Deinde Caesar de natura moribusque Nerviorum cum quaereret, sic reperiebat: eos esse homines magnae virtutis, quod nihil paterentur vini inferri, quo relanguescere animos existimarent.

4. Quidam ex Belgis, qui una cum Caesare iter faciebant, existimabant, quod magnus impedimentorum numerus inter singulas legiones Caesaris exercitus intercederet, nihil Nerviis futurum esse negoti, cum prima legio in castra venirent, hanc sub sarcinis adoriri.

115. Chaps. 18–23. 1. Locum castris Nervii delegerant collem ab superiore parte silvestrem, intra quas silvas in occulto sese continebant; et ubi prima impedimenta nostra viderunt, quod tempus impetum in equites faciendi convenerat, subito omnibus copiis ex silvis provolaverunt.

2. In proelio Nervico, quod inter duos collīs fiebat, milites Romani propter celeritatem hostium multum impediebantur. Multi ex illis in castris muniendis occupati erant, et nonnulli aggerem petentes longissime aberant. Caesar autem eos cohortatus est uti suae pristinae virtutis memoriam tenerent, hostiumque impetum fortiter sustinerent.

3. Exercitus ut rei militaris ratio postulabat instrui non poterat, propterea quod talis loci natura erat ut saepibus prospectus impediretur, neque certa subsidia conlocari possent; neque unus Caesar omnia imperia

administrare poterat. Atrebatibus in flumen compulsis, nostri gladiis magnam partem eorum transire conantium interfecerunt.

116. Chaps. 24–28. 1. Calones, qui decumana porta praedandi causa egressi erant, cum levis armaturae peditum clamores audirent, alii aliam in partem perterriti ferebantur.

2. Simul Caesar certior factus est quintae cohortis centuriones occisos esse, signiferum interfectum, signum amissum, reliquarum cohortium omnīs fere centuriones aut vulneratos aut occisos, atque ita rem esse in angusto ut nostrae res iam desperarentur.

3. Statim in primam aciem processit, et milites hortatus est, qui redintegrato animo paulum hostium impetum tardaverunt; et hostes, cum equites se legionariis militibus praeferre, atque etiam eos volneribus confectos proelium redintegrare, viderent, maximam in extrema spe salutis virtutem praestiterunt.

4. Cum multi eorum cecidissent, qui supererant, coacervatis suorum cadaveribus, ex eis ut ex tumulo pugnabant. Maiores natu, cum Caesarem, qui semper in victos misericordia uteretur, se conservaturum esse arbitrarentur, se ei dediderunt; suisque finibus atque oppidis uti iussit.

117. Chaps. 29–35. 1. Aduatuci, qui auxilio Nerviis venerant, hac pugna nuntiata, domum reverterunt, et se in unum oppidum, quod ex omnibus in circuitu partibus altas rupīs habebat, contulerunt. Caesar procul ab oppido turrim altam constituit, quam oppidani Romanos, homines tantulae staturae, movere non posse arbitrati sunt.

2. Ubi vero adpropinquabat oppido, tam commoti sunt ut legatos ad Caesarem mitterent, qui ad hunc modum locuti: non existimasse Romanos tanti oneris machinationes promovere posse; se eius potestati permittere; unum petere, ut pro sua clementia se conservaret. Caesar respondit se eos conservaturum, si, prius quam arma in fossam iecissent, se dedidissent.

3. Oppidani in extrema spe salutis repentino ex oppido noctu eruptionem fecerunt. Nostri, ignibus significatione celeriter facta, omnes ex proximis castellis eo, quo hostes ierant cucurrerunt, et, tribus milibus hominum occisis, reliquos in oppidum reiecerunt.

4. Eodem tempore Crassus Caesarem certiorem fecit se omnīs civitatīs quae Oceanum attingunt in potestatem populi Romani redegisse. Omnibus his rebus gestis Caesar in Italiam properavit.

BOOK III.

118. Chaps. 1–6. 1. Galbae ad Alpīs misso permissum est, si opus esse arbitraretur, uti in valle ad flumen posita in hiberna iret. In hac valle erat vicus.

2. Galli, qui ibi incolebant, quod Galbae legionem, detractis cohortibus duabus quae commeatum peterent, despiciebant, et quod reliquam legionem impetum sustinere non posse existimabant, ex vico noctu discesserunt, atque constituerunt in monte, unde in vallem decurrerent, et omnem legionem facile opprimerent. Galba, ut legatorum sententias exquireret, consilium celeriter convocavit.

3. Maiori parti placuit ubi erant manere et castra

defendere. Signo dato hostes lapides gaesaque in vallum conicere coeperunt. Nostri primo fortiter repugnaverunt, sed propter paucitatem ex pugna excedere sui recipiendi causa non poterant.

4. Denique, res erat ad eum perducta casum ut Galba milites certiores faceret, eruptione ex omnibus portis facta, extremum auxilium experirentur, neque sui conligendi hostibus facultatem relinquerent.

119. Chaps. 7–12. 1. Novum bellum in Gallia coörtum est de ea causa, quod Veneti, qui in ora maritima incolebant, duos legatos Romanos retinuerant, cum per eos suos se obsides, quos Crassus teneret, recuperaturos existimarent. Finitimos adduxerunt ut duos alios legatos retinerent, et nihil nisi communi consilio agerent.

2. Natura loci et scientia sua nauticarum rerum confidebant Romanos, qui neque ullam facultatem haberent navium, neque ea loca, ubi bellum gerendum esset, cognovissent, obsidibus traditis, ex iis regionibus discessuros esse.

3. Caesar, cum difficultates intellegeret belli gerendi in locis ubi oppida in extremis lingulis posita essent, neque exercitui aditum nisi navibus haberent, tamen, iniuriae retentorum obsidum, tot civitatum coniuratio, et imprimis ne aliae civitates in eum conspirarent, — haec omnia ad id bellum eum incitabant. Itaque exercitum in civitatibus distribuit quae nondum cum Venetis conspiraverant, atque statim navis aedificari commeatumque comparari iussit.

120. Chaps. 13–17. 1. Naves Gallicae tanta firmitudine erant ut eis nostrarum navium rostris noceri non posset;

et tanta erat altitudo ut tela non facile adici possent. Propter altitudinem quoque tela ab hostibus missa gravius in nostros acciderunt.

2. Tamen, falcibus praeacutis adfixis longuriis, funes, qui antemnas ad malos destinabant, abscidebantur, et antemnae concidebant; itaque omnis usus velorum eripiebatur. Tum nostri in navem transcendebant, atque maiore virtute barbaros superabant. Hi, cum ei rei nullum reperire auxilium possent, fugere contenderunt, sed tanta subito tranquillitas exstitit ut se ex loco commovere non possent.

3. Omnes fere naves a Romanis expugnatae sunt; Veneti autem, navibus amissis, quem ad modum oppida defenderent non habebant; itaque se dedere coacti sunt Caesari, qui in eos gravissime vindicandum statuit.

4. Dum haec geruntur, Viridovix, magno exercitu undique ex Gallia perditorum hominum coacto, Q. Titurio Sabino, Caesaris legato, pugnandi potestatem fecit; qui autem, eo absente qui summam imperi tenebat, sese in castris tenuit.

121. **Chaps. 18–22**. 1. Opinionem sui timoris per idoneum quendam hominem, qui pro perfuga ad hostium castra transiit, Sabinus confirmavit, et fecit ut hostes crederent se clam ex castris exercitum educturum, et, si posset, evasurum esse.

2. Quod ubi auditum est, omnes conclamaverunt ad Sabini castra iri oportere, quo tanto cursu contenderunt ut pervenirent exanimati; et defatigatione ne primum quidem impetum nostrum ferre poterant.

3. Eodem tempore novum bellum coörtum est in Aqui-

tania — quae, ut dictum est, tertia pars est Galliae — quo missus erat Crassus, qui in Sontiates exercitum introduceret.

4. Pugnatum est diu atque acriter, cum Sontiates, superioribus victoriis freti, in sua virtute Aquitaniae salutem positam putarent; Romani autem quid sine imperatore efficere possent perspici cuperent. Crassus, magno numero interfecto, eorum oppidum oppugnavit, et multi se dediderunt. Dum arma tradunt, Adiatunnus alia ex parte oppidi eruptionem fecit, sed repulsus est.

122. Chaps. 23–29. 1. Aquitani, arbitrati, si omnes civitates coniurarent et copias pararent, se Romanos ex finibus facile pellere posse, legatos quoque versum dimittunt. Auxilia etiam ex citeriore Hispania arcessuntur. Duces ex veteribus copiis Q. Sertori deliguntur, qui modum Romanum belli gerendi intellexerunt, atque in dies hostium numerus augetur.

2. His rebus ad Crassum delatis, impetum in hostium castra postero die facere constituit. Prima luce milites, alii fossas complere, alii tela in vallum conicere, instituerunt. Ab hostibus constanter ac non timide pugnabatur.

3. Tandem equites, circumitis castris, Casso renuntiaverunt castra ab decumana porta facilem aditum habere. Paucae cohortes celeriter longo itinere castra circumductae sunt, ne ab hostibus conspici possent, et, aggere proruto, prius in hostium castris ipsis constiterunt, quam hi quid rei gereretur cognoscerent.

4. Ita hostes undique circumventi, desperatis omnibus rebus, fuga salutem petierunt. Quos equitatus noster

apertissimis campis consectatus, multa nocte se in castra receperunt.

BOOK IV.

123. **Chaps. 1–6.** 1. Suevi longe bellicosissimi sunt omnium gentium Germanarum. A pueris armorum exercitatione venationibusque adsuefacti sunt. Maximam partem lacte atque pecore, neque multum frumento, vivunt. Cum loca sint frigidissima, lavantur in fluminibus.

2. Equos ex Gallia impenso pretio non important, sed iis qui sunt apud se nati utuntur. Hi equi in proelio eodem remanere vestigio adsuefacti sunt, equitibus pedibus proeliantibus.

3. Ubii, qui paulo ceteris Germanis humaniores erant, Suevorum vectigales erant; et in eadem causa fuerunt Usipetes et Tencteri, qui tamen ad extremum agris expulsi sunt, et in regiones quas Menapii incolebant demigraverunt.

4. Itaque Germanorum gens in Galliam venit, et Galli, qui semper novis rebus studebant, eos invitaverunt uti ab Rheno discederent, et in iis partibus Galliae non longe a mari quo Rhenus influit vagarentur. Ea fore suspicatus, Caesar Germanos ex Gallia expellere constituit.

124. **Chaps. 7–13.** 1. Germani dixerunt se a Gallis invitatos venisse eiectos domo sua, sed si Caesar pateretur agros tenere quos bello cepissent, ei futuros esse amicos ; si tamen populus Romanus lacesseret atque

sibi bellum inferret, fore ut resisterent neque deprecarentur.

2. Caesar respondit nullos in Gallia vacare agros, in quibus tanta multitudo considere posset, sed se Ubiis imperaturum ut eos in suis finibus considere paterentur. Caesar castris Germanorum adpropinquabat, qui legatos ad eum mittebant moram interponendi causa, ut arbitrabatur, dum equitatus eorum, qui abesset, revertisset.

3. Hi autem priusquam reverterunt, octingenti fere equites, qui aderant, in Caesaris equites, impetum fecerunt, eosque perturbaverunt. Eis rursus resistentibus, Germani ad pedes desiluerunt, et subfossis equis compluribusque nostris deiectis, reliquos in fugam coniecerunt.

4. Hoc proelio facto, Caesar, cum iudicaret summae esse dementiae condiciones accipere ab iis qui per dolum atque insidias, petita pace, ultro bellum intulissent, postridie eius diei proelium committere instituit.

125. **Chaps. 14–18**. 1. Germani, subito Caesaris adventu ad castra sua perterriti, perturbabantur telane caperent et se defenderent, an fugerent ad flumen; sed nostri milites tam celeriter in eorum castra inruperunt ut consili habendi nullum spatium daretur.

2. Pauci ex eis paulisper restiterunt, sed cum nostrorum clamore audito suos passim interfectos viderent, omnibus rebus relictis, se ex castris eiecerunt, et ad Rhenum fugerunt. Ibi, magno numero interfecto, multi in flumine, cum transire non possent, perierunt.

3. Hoc bello confecto, Caesar statuit sibi prius Rhenum esse transeundum quam Usipetes et Tencteri se cum Sugambris coniunxissent. Accessit quod Germanos

intellegere voluit exercitum Romanum et posse et audere illud flumen transire.

4. Ubii navīs ad exercitum transportandum pollicebantur, sed Caesar navibus transire populi Romani dignitatis non esse arbitrabatur; itaque pontem facere statuebat; qui pons diebus decem perfectus est.

126. **Chaps. 19–23.** 1. Caesar ex Ubiis comperit Suevos adventum suum in loco medio fere regionum earum delecto quas obtinerent exspectare constituere; sed tamen omnibus rebus iis confectis quarum rerum causa Rhenum transierat, eos non persecutus est, sed se in Galliam recepit, pontemque rescidit.

2. Etsi Caesar nihil de Britannia intellexit nisi hostibus suis ex ea insula subministrata auxilia, tamen illo proficisci instituit, ut genus hominum perspiceret, et portus aditusque cognosceret.

3. Sed cum ex mercatoribus neque quanta esset insulae magnitudo, neque quae essent instituta hominum, neque qui essent portus, reperire posset, priusquam ipse periculum faceret, C. Voluseno mandavit ut omnia exploraret. Interim navibus circiter LXXX onerariis coactis, militibus navīs conscendere iussis, statim solvit.

4. Horis circiter decem Britanniam attigit, atque ibi in montibus, qui eo loco sunt angustissimi, expositas hostium copias armatas conspexit. Cum eo egredi nollet, milia passuum septem ab eo loco progressus aperto ac plano litore navīs constituit.

127. **Chaps. 24–30.** 1. Summa erat navibus egrediendi difficultas, quod hostes in litore erant, et quod nostris onere armorum oppressis et motu fluctuum impeditis

erat pugnandum. Ubi Caesar animadvertit suos non eadem alacritate qua uti consuerant pugnare, navīs longas ad latus apertum hostium constitui, atque inde tela in hostīs conici iussit.

2. Quae res magno usui nostris fuit; nam et navium figura et genus tormentorum barbaros tam permoverunt ut consisterent ac paulum pedem referrent. Nostri, alius alia ex navi, quibuscunque signis primum occurrerunt se adgregabant, atque magnopere perturbabantur quod neque ordines servare neque firmiter insistere poterant.

3. Hostes eos acriter [magna cum vi] adoriebantur; simul autem omnes in arido constiterunt, in hostis impetum fecerunt, atque eos in fugam dederunt; neque longius prosequi potuerunt, quod equites non habebant.

4. Naves quae equites transportabant, cum adpropinquarent Britanniae, subita tempestate, aliae eodem unde erant profectae, aliae ad inferiorem partem insulae, deiciebantur. Reliquae naves, tempestate aestibusque magnis adflictatae sunt.

128. **Chaps. 31–38**. 1. Caesar, ex eo quod barbari obsides dare intermiserant, suspicabatur eos aliquid novi inire consili, et reditu in continentem intercludere conaturos esse. Itaque cum duodecim navīs quae gravissime adflictae essent haberet, earum materia atque aere reliquas refecit; sed priusquam navīs solvere poterat, pulverem in ea parte vidit quam in partem milites legionis septimae ierant ut frumentum demeterent.

2. Suspicatus hostīs ut impetum in legionem facerent convenire, paucas cohortīs quae castris praesidio essent reliquit, et cum omni reliquo exercitu ad eam legionem sublevandam profectus est. Brevi tempore intermisso,

in castra legiones reduxit, ubi continuos complurīs dies tempestatibus continebatur.

3. Idonea tempestate copias in acie pro castris constituit, et hostes, magna multitudine peditatus equitatusque coacta, ad eum venerunt, sed celeriter in fugam coniecti sunt. Post paucos dies navīs solvit, atque omnes naves incolumes ad continentem pervenerunt.

PART II.

CATILINE I.

1. Chap. 1. 1. Proxima nocte; superiore nocte. 2. Immo vero; orbis terrae; novis rebus studens. 3. Cicero consul hanc orationem habuit. 4. Haec oratio a Cicerone consule habita est. 5. Nonne Catilina patientia senatus abusus est? 6. Elusitine eos effrenata eius audacia? 7. Senatus in munitissimum locum convocatus est. 8. Quid proxima nocte agebas? 9. Intellegimus quid egeris. 10. Ubi fueris intellegimus. 11. Quid consili ceperis quis nostrum ignorat? 12. Tu tamen vivis. 13. Vivis? immo vero in senatum venisti. 14. Nosne satis facimus rei publicae? 15. Unus quisque nostrum ad caedem notatur. 16. Catilinam ad caedem notari oportet. 17. Quo usque tandem pestem in nos machinaberis? 18. Nos consules haec omnia videmus. 19. Te, Catilina, interfici manu consulis oportet. 20. Ciceronemne Catilinam occidere manu sua oportuit?

2. Chap. 2. 1. Cotidie, in dies; crudelius. 2. Consul videat ne quid res publica detrimenti capiat. 3. Consul vidit quid res publica detrimenti cepisset. 4. Decrevit

senatus ut Gracchus occideretur. 5. Vicesimum iam diem patimini vivere Catilinam. 6. Confestim eum interfectum esse convenit. 7. Acies vestrae auctoritatis hebescit. 8. Catilina audaciam non deponit. 9. Cicero consul se non dissolutum videri cupiebat. 10. Sed se ipse inertiae condemnavit. 11. Catilinam audaciae condemnavit. 12. Tene nequitiae condemnis? 13. Nonne crescit in dies hostium numerus? 14. Eorum imperator cotidie perniciem rei publicae molitur. 15. Non vereor ne serius Catilinam comprehenderim. 16. Neque vereor ne crudelior fuerim. 17. Verebatur ne hostium numerus cresceret. 18. Commovere te contra rem publicam non potes. 19. Verebatur ut se contra rem publicam commovere posset. 20. Te non sentientem speculabimur.

3. Chap. 3. 1. Quid privata domus parietibus continere potest? 2. Obliviscere istius mentis nefariae. 3. Manlius ante diem VIII (octavum) Kalendas Novembrīs in armis erit. 4. Meministine Manlium Kalendis Octobribus esse in armis? 5. Manlius Catilinae est satelles atque administer. 6. Num me falsum esse est admirandum? 7. Dies me non fefellit. 8. Caedes optimatium conlata est in a. d. IV. Kal. Nov. 9. Meministine multos principes civitatis Roma profugere? 10. Contentusne eris nostra qui remanserimus caede? 11. Vererisne ut Praeneste muniam? 12. In Praeneste a. d. IV. Non. Nov. nocturnus impetus factus est. 13. Quid agas non modo audio, sed etiam video. 14. Quid? nonne sentis te mea diligentia esse circumclusum?

4. **Chap. 4.** 1. Vigilare acriter; noster omnium interitus. 2. Ubinam gentium? apud Laecam; in Laecae domum; id temporis. 3. Acriter vigilo ad salutem rei publicae. 4. Ubi proxima nocte fueris scio. 5. Complures socii tui in Laecae domum convenerunt. 6. Hic in senatu sunt quidam qui ibi illa nocte fuerunt. 7. Num te eodem venisse negas? 8. Senatus Romanus est orbis terrae sanctissimum consilium. 9. Quidam de nostro omnium interitu cogitant. 10. Num igitur te apud Laecam fuisse negare potes? 11. Statuistine quos tecum educas? 12. Ego ipse iam sum exiturus. 13. Nescio ubinam gentium simus. 14. Cicero nescivit ubinam gentium esset.

5. **Chap. 5.** 1. Quae cum ita sint; quam plurimi. 2. In uno homine; quam diu; quotienscumque. 3. Nimium diu patent portae. 4. Cum portae pateant, egredere ex urbe. 5. Educ tecum tuos quam plurimos. 6. Urbem metu libera. 7. Ego magno metu liberabor. 8. Nimium diu salus periclitatur rei publicae. 9. Ipse Iuppiter Stator inter me et te interest. 10. Proximis comitiis consularibus Cicero per se Catilinae obstitit. 11. Quam diu me privata diligentia defendere potui, non publicum praesidium adhibui. 12. Me defendam nullo tumultu publice concitato. 13. Te interfici iubere nondum audeo. 14. Sed iubeo te exire ex urbe. 15. Te iam dudum hortor ut exeas. 16. Iam dudum dubitas nos metu liberare. 17. Ut in exsilium eas suadeo. 18. Exi ex senatu.

6. **Chap. 6.** 1. In urbe nemo erat qui Catilinam non metueret. 2. Quis est qui eum non oderit? 3. Quis

erat qui eum non odisset? 4. Nota domesticae turpitudinis inusta vitae tuae est. 5. Cum adulescentulum inretisti, ei ad audaciam ferrum praefers. 6. Ruinae fortunarum tuarum tibi impendent. 7. Nemo nostrum hoc nesciit. 8. Pridie Kalendas Ianuarias stetisti in comitio cum telo. 9. In comitio iam dudum stas. 10. Fortuna populi Romani furori tuo obstitit. 11. In me, consulem designatum, multas petitiones coniecisti. 12. Nemo nostrum sicam tuam ex manibus elapsam esse nescit. 13. Consul istam sicam tibi de manibus extorquebit.

7. Chap. 7. 1. Paulo ante; simul atque; post hominum memoriam. 2. Non odio sed misericordia permoveor. 3. Quis te ex tanta frequentia non metuit? 4. Quid! infestis omnium oculis conspiceris. 5. Simul atque in senatum venisti, subsellia vacuefacta vidisti. 6. Numquam mihi hoc contigit. 7. Mihi domum relinquendam putarem. 8. Tibi urbs relinquenda est. 9. Parentes mei si me timerent, eorum adspectum vitarem. 10. Patria mea si me odisset, vim pertimescerem. 11. Tua patria tecum tacita loquitur. 12. Vis tuae patriae tibi pertimescenda est. 13. Nunc vero tota est in metu. 14. Si discessisses, hunc ei timorem eripuisses. 15. Nullum contra eam consilium initur quod a tuo scelere abhorreat. 16. Si timor meus esset falsus, timere desinerem.

8. Chap. 8. 1. Abhorrere a; faciam ut intellegas; vis et manus. 2. Haec si tecum patria loquatur, non impetret. 3. Vis ei adhibenda est. 4. Catilina se ipse in custodiam dare voluit. 5. Vitandae suspicionis causa

ad me (domi meae) habitare vult. 6. Sed Cicero eum domi suae adservabit. 7. Si ad me habites, suspicionem non vites. 8. Ut domi suae me adservaret rogavi. 9. Iisdem parietibus tuto non eramus cum eo. 10. Vitam istam fugae solitudinique manda. 11. Si senatus decrevisset eum ire in exsilium, obtemperavisset. 12. Si egrediaris ex urbe, liberes rem publicam metu. 13. Ego vix abs te iam diu hos contineo. 14. Sed te ad portas prosequi volunt.

9. Chap. 9. 1. Est tanti; sin autem. 2. Utinam dii immortales te frangant! 3. Utinam dii tibi istam mentem dedissent! 4. Utinam mea voce territus esses! 5. Utinam in exsilium eas! 6. Erit tanti, si in exsilium ibis. 7. Si servire meae gloriae vis, recta in exsilium perges. 8. Si in exsilium eas, mihi invidiam confles. 9. Si patriae bellum inferre vis, te a bonis secernes. 10. Pudor te numquam a turpitudine revocabit. 11. Scio aquilam illam argenteam tibi funestam futuram. 12. Num illa aquila carere diutius potes? 13. Domi tuae sacrarium sceleris constituisti. 14. Ad caedem proficiscens illam aquilam veneraris.

10. Chap. 10. 1. Non solum . . . verum etiam; neque . . . neque. 2. Aliquando ista tua cupiditas effrenata tibi adferret dolorem. 3. Ad hanc te amentiam naturane peperit? 4. Utinam tu, Catilina, bonus civis esset! 5. Si nullum virum bonum videbis, gaudio exsultabis. 6. Conflavisti improborum manum. 7. Humi iacens in voluptate baccharis. 8. Habebis ubi insidieris bonis otiosorum. 9. Frigore, fame, inopia brevi tempore conficieris. 10. Tantum profectum est. 11. Id quod

scelerate suscepisti latrocinium potius quam bellum est.

11. Chap. 11. 1. Gratiam referre. 2. Quid tibi vita est carius? 3. Multo mihi vita carior est res publica. 4. Si Catilinam esse hostem comperiatis, num eum exire patiamini? 5. In castris hostium exspectatur. 6. Potesne eum immitti in urbem pati? 7. Maiorumne more nostrorum impediris? 8. Numquam qui a re publica deficiunt civium iura tenent. 9. Praeclaram mihi refers gratiam. 10. Propter invidiae metum num salutem civium negleges? 11. Inertia est vehementius severitate pertimescenda. 12. Si bello vastabitur Italia, invidiae incendio conflagrabis.

12. Chap. 12. 1. Idem sentire. 2. In perpetuum; multare, animadvertere in. 3. Si vos idem sentire putarem, non responderem. 4. Optimum factu est his sanctissimis (sanctis) vocibus pauca respondere. 5. Certe non vereor ne huius parricidae sanguine me contaminem. 6. Semper invidiam virtute partam magnam gloriam putavi. 7. Catilinam parricidam puto. 8. Eum non esse civem puto. 9. Num est clarior vir Saturnino? 10. Uno Catilina interfecto, coniuratio non in perpetuum comprimetur. 11. Nemo est tam stultus qui hoc non intellegat. 12. Coniuratio, uno interfecto, comprimi non potest. 13. Ego non sum tam stultus qui ea quae videam dissimulem. 14. Nemo erat tam improbus qui hoc crederet.

13. Chap. 13. 1. Vivi mortuique; (suppliciis) mactare. 2. Vos, patres conscripti, iam diu in periculis

huius coniurationis versantur. 3. Si Catilina residebit (resederit), nos in eius insidiis versabimur. 4. Hoc tantum latrocinium tollatur. 5. Si iste unus tolletur (sustulerit), periculum residebit. 6. Si aquam gelidam biberis, primo relevaberis. 7. Sed aquam gelidam bibere non optimum est factu. 8. Murus improbos a bonis discernat. 9. Si improbi secesserint, urbs relevabitur. 10. Qui se cum Catilina coniunxerunt proficiscantur ad impium bellum. 11. Te, Iuppiter, Statorem huius urbis vere nominavimus. 12. Iuppiter hunc a suis aris templisque, a vita omnium civium arceat. 13. Consules tanta diligentia sunt qui totam coniurationem patefaciant.

CATILINE II.

14. Chap. 1. 1. Alicui aliquid e manibus extorquere. 2. Tandem aliquando, Quirites, Catilina ex urbe eiectus est. 3. Vel ipse egressus est. 4. Huic urbi ferro flammaque minitatus est. 5. Ei sica illa e manibus extorta est. 6. Consul Catilinae sicam illam e manibus extorsit. 7. Quod ego vivo, maerore adflictus est. 8. Quod mucro non est cruentus, maerore profligatus est. 9. Non iam intra domesticos parietes pertimescitis. 10. Urbs laetatur quod tantam pestem evomuerit. 11. Catilina quod urbs e suis faucibus erepta sit luget.

15. Chap. 2. 1. Moleste ferre; supplicio adfici, multari. 2. Aes alienum; res publica. 3. Parum comitatus; in praetexta. 4. Catilinam comprehendi potius quam emitti oportebat. 5. Interfectum esse tam capitalem hostem iam pridem oportebat. 6. Quam multi

sunt qui quae ego deferam non credant? 7. Si rem publicam eius mortem postulare iudicavissem, eum sustulissem. 8. Videbam fore ut invidia opprimerer. 9. Nunc palam pugnare possumus, cum hostem aperte videamus. 10. Utinam quae deferrem credidissetis! 11. Vos credere oportuit. 12. Licet tecum Munatium mihi educas. 13. Catilinae licuit omnīs suas copias educeret. 14. Moleste fero quod omnīs secum non eduxerit. 15. Intellegitis quam moleste feram.

16. Chap. 3. 1. Hunc delectum Metellum habere oportet. 2. Hos qui volitant in foro magno opere contemno. 3. Mementote me scire cui Apulia attributa sit. 4. Mementote me omnia consilia eorum hesterno die patefacere. 5. Si illos rusticos decoctores pertimescendos putatis, vehementer erratis. 6. Mementote Catilinam ipsum pertimescere, profugere. 7. Si hic (domi) permanent, non sunt pertimescendi. 8. Si exspectabant fore ut Apulia sibi attribueretur, vehementer errabant. 9. Scitote Catilinam quicquid cogito scire.

17. Chap. 4. 1. Tantus . . . quantus; familiariter vivere cum. 2. Videtis Catilinae similīs fecisse aperte coniurationem. 3. Si sicarii sunt, cum Catilina sentiunt. 4. Romae ingens numerus perditorum hominum conlectus est. 5. Catilina miser horum sicariorum desiderio tabescit. 6. Si Aurelia via proficiscantur, ad vesperam eum consequantur. 7. O fortunatos homines, si eum consecuti erunt! 8. O miserum Catilinam, si non consecuti erunt! 9. O fortunatam rem publicam, si hanc sentinam eiecerit! 10. Tantum scelus numquam in ullo homine fuit quantum in illo. 11. Nullus perditus

Romae fuit quocum non familiariter (familiarissime) viveret.

18. Chap. 5. 1. Nihil nisi; desperandus. 2. Audacium scelerum exercitatione adsuefactus est famem et sitim perferre. 3. Atque idem tamen instrumenta virtutis consumit. 4. Si Catilinae comites eum secuti erunt, O nos beatos! O rem publicam fortunatam! 5. Sed illi sunt desperandi. 6. Nihil cogitant nisi scelus, nisi audaciam. 7. Nos nihil cogitemus nisi laudem, nisi rem publicam. 8. Nullus est rex quem pertimescatis. 9. Si Romae permanebis, exspecta fatum quod impendet. 10. Hoc vero quis ferre potest viros unguentis oblini? 11. Quae sanari poterunt quacumque ratione (potero) sanabo.

19. Chap. 6. 1. Sunt qui dicant; hesterno die. 2. Quin etiam; suo nomine. 3. Sed erant qui dicerent me in exsilium eicere Catilinam. 4. Quis est tam permodestus qui vocem consulis ferre non possit? 5. Cum senatum convocavissem, venit Catilina. 6. Cum Catilinam in exsilium eiecissem, senatum convocavi. 7. Quaeso a vobis, Quirites, in foro hesterno die fueritis necne. 8. Quid dubitas proficisci eo quo iam pridem paras? 9. Cum ab eo quaererem quid ad Laecam fecisset, haesitavit. 10. Aquila, credo, illa argentea Massiliam missa est. 11. Nonne Romam missa est? 12. Catilina non Massiliam iit. 13. Ad castra Manliana iit. 14. Scitisne eum aquilae illae sacrarium domi suae fecisse?

20. Chap. 7. 1. Catilina subito consilium belli faciendi abiecit. 2. Cum Catilina eiectus esset, num in

exsilium iit? 3. Innocentem in exsilium eiecisse dicor. 4. Sunt qui illum non improbum sed miserum existiment. 5. Ego non diligens consul sed crudelis tyrannus existimor. 6. Sumne crudelis tyrannus annon? 7. Non est tanti tyrannum existimari. 8. Est tanti rem publicam administrare. 9. Est tanti conservandae rei publicae causa invidiam subire. 10. Consilium periculi a vobis depellendi non abieci. 11. Si Catilina exercitum hostium duceret, quid diceretis? 12. Timeo ne in armis prope urbem volitet. 13. Non Massiliam sed ad castra Manliana iit.

21. Chap. 8. 1. Tu es hostis. 2. Nonne fateris te esse hostem? 3. Eos qui remanent non tam ulcisci studeo quam sanare sibi ipsos. 4. Nihil de eis quos non timeo dixi. 5. Quo modo haec sanari possunt? 6. Catilinae copiae e sex generibus hominum comparantur. 7. Horum hominum qui magnas possessiones habent species est honestissima. 8. Omni modo studeo hos homines placare rei publicae. 9. Alia ratione nulla haec fieri possunt. 10. Erratis, si tabulas novas a Catilina exspectatis. 11. Illi locupletes homines mihi non videntur contra rem publicam arma laturi. 12. Estne eis tanti arma contra rem publicam ferendi causa Romae remanere?

22. Chap. 9. 1. Primum . . . deinde . . . denique. 2. Eos hoc moneo. 3. Hoc eis alterius generis praecipiendum est. 4. Eis hoc praecipio, unum atque idem quod reliquis omnibus. 5. Id quod conamini consequi non potestis. 6. Magni animi sunt in bonis viris. 7. Dii denique immortales huic pulcherrimae urbi praesentes

auxilium ferent. 8. Ego ipse providet rei publicae. 9. Catilina Manlio successit. 10. Num id quod mente tam conscelerata concupiscunt se adepturos (esse) sperant? 11. Coloniae universae sunt optimorum virorum. 12. Sed ii sunt coloni qui se insolenter iactant. 13. Si salvi esse vultis, Sulla est (vobis) ab inferis excitandus.

23. **Chap. 10.** 1. Qui partim . . . partim; male gerendo negotio; quam primum. 2. Quartum genus est eorum qui numquam emergent. 3. Hoc genus est genere ipso proprium Catilinae. 4. Hi partim male gerendo negotio, partim sumptibus, in aere alieno vacillant. 5. Sunt vita impudici, atque numero multi. 6. Illud non intellego,—quo modo hi infitiatores milites acres fieri possit. 7. Carcer hos omnīs parricidas, sicarios, facinorosos capere non potest. 8. Postremum genus est hominum qui de Catilinae complexu ac sinu sunt. 9. Cur isti miseri perire turpiter volunt? 10. Quid sibi volunt? 11. An sicas vibrare et spargere venenum discere?

24. **Chap. 11.** 1. Hinc . . . illinc; omnium rerum desperatio. 2. Bellum est magno opere pertimiscendum, cum habeat Catilina tam praeclaras copias. 3. Instruite nunc contra eius cohortem praetoriam florem totius Italiae ac robur. 4. Consulibus imperatoribusque vestris gladiatorem illum saucium opponite. 5. Nos aerario et vectigalibus, quibus eget ille, suppeditamur. 6. Omnibus rebus flos Italiae copias Catilinae superat. 7. Cum omnibus his rebus careat, nobis respondere non potest. 8. Ex hac parte (hinc) fides pugnat, illinc fraudatio; hinc aequitas, illinc iniquitas. 9. Bona denique spes

cum omnium rerum desperatione confligit. 10. Cum sit eius modi certamen, dii immortales nobiscum erunt.

25. **Chap. 12.** 1. Satis praesidi; consultum est; provisum est. 2. Si vos vestra tecta defendetis, ego urbi satis praesidi providebo. 3. Quae cum ita essent, Cicero urbi providit. 4. Quamquam gladiatores sibi certos esse putavit Catilina, animo meliore erant quam patricii. 5. Metellum praemisi qui omnīs eius motus prohibeat. 6. Illi hostes quos in urbe Catilina reliquit etiam atque etiam monendi sunt. 7. Non possum oblivisci multos in urbe remansisse. 8. Nobis cum his vivendum est. 9. Vobis pro urbe moriendum est. 10. Mihi urbi providendum est. 11. Si ullum conatum contra urbem deprehendero, conivere non possum. 12. Res publica consulibus vigilantibus non eget. 13. Si quis tumultum in urbe fecerit, (se in urbe commoverit) me esse vigilantem sentiet.

26. **Chap. 13.** 1. Togatus. 2. Ego unus togatus imperator vester ero. 3. Haec omnia mihi sic administranda sunt ut nullus tumultus sit. 4. Hoc bellum est tam insidiosum ut pauci boni intereant. 5. Humanis consiliis freti, non salvi erimus. 6. Sed multis et non dubiis deorum significationibus fretus, polliceor vos omnīs salvos futuros. 7. Si eos venerabimini, hic praesentes erunt. 8. Tantum est periculum ut eos precari debeatis. 9. Quae urbs est omnium pulcherrima, ea a perditissimorum (perditorum) hominum nefario scelere defendetur. 10. Omnes hostium copiae terra marique superatae sunt.

CATILINE III.

27. **Chap. 1.** 1. Hodierno die; paucis ante diebus; vita omnium vestrum. 2. Laboribus meis urbs conservata est. 3. Qui hanc urbem condidit ad deos immortalīs sublatus est. 4. Ut apud vos in honore essem, vitam vestram servavi. 5. Ego, qui vobis urbem restitui, esse in honore debeo. 6. Consul ut cives servarentur vigilavit. 7. Ut qua ratione coniuratio comperiretur cives qui ignorant scire possent, eis consul exposuit. 8. Rem ita exponam ut intellegatis. 9. Quoniam qua ratione illos ignīs restinxerimus ignoratis, iam exponam breviter.

28. **Chap. 2.** 1. Hesterno die; bellum Transalpinum. 2. Vir amantissimus rei publicae; tumultus Gallicus. 3. Eo tempore omnīs dies noctīsque in eo consumebam ut tumultus causam comperirem. 4. Eos qui remaneant debilīs sine Catilina fore scio. 5. Eos in eo dies noctīsque consumere ut legatos sollicitarent sciebam. 6. Legatos sollicitabant. 7. Catilinam ex urbe eiciebamus. 8. Saluti vestrae providebam. 9. Nunc rem ita comprehendo ut quid moliantur sentiam. 10. Tum demum animis salutis vestrae providebitis, cum oculis maleficium ipsum videritis. 11. C. Pomptinus omnia de re publica praeclara atque egregia sentit. 12. Complurium adulescentium Reatinorum opera utor adsidue. 13. Et illi et nostri gladiis utebantur.

29. **Chap. 3.** 1. Litterarum quae in eo comitatu inventae erant signa erant integra. 2. Gabinius nihil

dum suspicans, cum iam dilucesceret, comprehensus est. 3. Deinde arcessivi Statilium, et post eum Cethegum. 4. Clarissimis multis viris Gabinium arcessi placuit. 5. Litterae prius ad senatum delatae sunt quam aperui. 6. Mihi prius litteras non aperire placuit quam senatum vocarem. 7. Consuli senatum frequentem cogere placuit. 8. Negavit se litteras prius aperturum esse quam senatus convenisset. 9. Allobrogibus me Statilium mittere placuit. 10. Cethegus gladiis et sicis utebatur. 11. Praetor gladios et sicas in aedibus Cethegi inveniebat.

30. Chap. 4. 1. Urbani duces; praescriptum est. 2. Volturcius prius introductus est quam se ex timore recrearet. 3. Vix se ex magno timore recreavit. 4. Te hortor ut ea quae scias sine timore indices. 5. Catilina ad urbem cum exercitu accedebat. 6. Cum duces urbem ex omnibus partibus incenderint, praesto erit Catilina. 7. Praesto erit qui fugientīs excipiat. 8. Servi ad eum missi sunt quibus uteretur. 9. Ei servorum praesidio uti placuit. 10. Gallis praescriptum est ut praesto cum equitatu essent. 11. Equitatus in Italiam missus est qui se cum pedestribus copiis coniungeret. 12. Lentulus ad se regnum urbis pervenire necesse esse arbitrabatur. 13. Ex fatis Sibyllinis Lentulus est tertius ille Cornelius. 14. Lentulo cum Cethego controversia fuit quod hic eum tertium illum Cornelium esse non arbitraretur.

31. Chap. 5. 1. Paulo ante; post aliquanto. 2. Primo; ad extremum. 3. Linum incide atque ea quae in tabellis scripta sunt recita. 4. Cethegus aliquid de gladiis ac sicis quae apud ipsum deprehendimus respondit. 5. Co-

gnoscisne imaginem avi tui clarissimi? 6. Ab Lentulo quaesivi avusne bonorum ferramentorum fuisset studiosus. 7. Illa imago eum a tanto scelere, etiam muta, revocare debuit. 8. Eratne gladiorum ac sicarum studiosus? 9. Volturcius introductus est qui quanta conscientiae vis esset ostenderet. 10. Quid mihi est tecum? 11. Quam ob rem domum meam venisti? 12. Cum impudentia semper valeret, tum etiam haec defecit. 13. Paulo ante litterae recitatae sunt. 14. Catilina quis esset sciebat ex eo quem ad se miserat. 15. Quis sis scimus ex litteris quas scripsisti. 16. Primo negavit se manum suam cogniturum, sed post aliquanto confessus est. 17. Gabinius cum primo impudenter responderet, ad extremum confessus est.

32. Chap. 6. 1. Gratias agere; se abdicare (*w. abl.*); post urbem conditam. 2. Senatui placuit gratias Ciceroni verbis amplissimis agere. 3. Quoniam non erat perscriptum senatus consultum, Cicero ex memoria exposuit. 4. Flaccum et Pomptinum senatus laudavit quod consuli operam fortem fidelemque dedissent. 5. Ille vir fortis, conlega meus, coniurationis participes a publicis consiliis removit. 6. Lentulus se praetura abdicavit. 7. Post aliquanto in custodiam traditus est. 8. Hoc idem decretum est in Cethegum, Statilium, Gabinium, qui omnes praesentes erant. 9. Itemque in Cassium, quod sibi procurationem incendendae urbis depoposcisset. 10. Atque etiam supplicatio his verbis decreta est: "quod Cicero rem publicam conservaverit." 11. Quae supplicatio meo nomine decreta est, ea supplicatio conservata re publica constituta est. 12. Lentulum, qui praetor esset, non punivimus. 13. C. Mario

nulla religio erat quo minus Glauciam praetorem occideret.

33. **Chap. 7.** 1. Hoc providebam, cum eorum duces capti essent, fore ut omnes spes conciderent. 2. L. Cassium, remoto Catilina, non pertimescimus. 3. Catilina consulis consiliis obstare potest, audet. 4. Cum omnium aditus teneat, omnia novit. 5. Nihil est quod non ipse obeat. 6. Nisi tam acer, tam audax, tam callidus fuisset, eum non timuissemus. 7. Cum eum in castrense latrocinium compellabam (compellerem) hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depellere volebam. 8. Nisi omnia novisset, non tanto ante fati diem denuntiavisset. 9. Nisi omnibus eius consiliis obstitissem, dimicandum nobis cum illo fuit (fuisset). 10. Illo remoto, rem publicam periculo liberavimus. 11. Illo absente, manifesto deprehensa est haec coniuratio. 12. Atque reliquos coniurationis duces comprehensos tenemus.

34. **Chap. 8.** 1. Quae tam multa; de caelo percussus; memoria tenere, meminisse. 2. Haec tanta a diis immortalibus providebantur. 3. Ego vix omnia administrare potuisse videor. 4. Dii praesentes auxilium nobis laturi erant. 5. Nocturno tempore faces ab occidente vidimus. 6. Fulmina sunt iacta atque mota est terra. 7. Quae tam multa facta sunt ut dii ipsi bellum cecinisse videantur. 8. Nam profecto memoria tenetis Romulum illum de caelo esse percussum. 9. Illo tempore haruspices urbis occasum adpropinquare dixerunt. 10. Haec quae nunc fiunt non praetermissurus sum. 11. Nisi deos omni ratione placavissemus, occasum

imperi vidissemus. 12. Hesterno die simulacrum Iovis ad orientem conversuri fuimus. 13. Simulacrum contra atque antea conversum est.

35. Chap. 9. 1. Hic; hodierno die mane. 2. Hic quis potest negare omnia a diis immortalibus administrari? 3. Quis est tam mente captus qui neget caedīs, incendia huic urbi comparari? 4. Haec scelera a nefariis civibus cogitata sunt. 5. Interitus rei publicae a coniuratis comparatus est. 6. Hodierno die mane signum Iovis statutum est ut ad aedem Concordiae converteretur. 7. Signo ad senatum converso, omnia inlustrata sunt. 8. Coniurati si mihi resistant, maximo supplicio digni sint. 9. Vos si diis immortalibus resistere conemini, nimium vobis sumatis. 10. Nimium mihi non sumpturus sum. 11. Ille Iuppiter his nefariis hominibus restitit. 12. Dii immortales eis omne consilium eripuerunt. 13. Galli sunt gens una quae bellum nobis facere possit et non nolit.

36. Chap. 10. 1. Dici non opus est; in hostium numero ducere. 2. Quam ob rem, Quirites, celebratote supplicationis dies. 3. Etenim recordamini omnīs honores iustos a vobis diis immortalibus habitos. 4. Nonne vosmet ipsi dissensiones Mari et Sullae meministis? 5. Ego memini, Octavio consule, hunc locum civium sanguine redundare. 6. Dici non opus est Sullam Mari victoriae crudelitatem ultum esse. 7. Hae omnes dissensiones ad commutandam rem publicam pertinuerunt. 8. Nonne ad delendam rem publicam pertinuerunt? 9. Num tales dissensiones ad conservandam urbem pertinent? 10. Hi non reconciliationem concordiae sed

internecionem fortium virorum voluerunt. 11. Hoc bellum est post hominum memoriam crudelissimum. 12. Cives tantae caedi resistere non potuerunt.

37. Chap. 11. 1. Memoria ego vestra vos hos triumphos meos conservare volo. 2. Sermo hominum ad memoriam consulatus mei propagandam pertinebit. 3. Mutis honoris monumentis minus digni delectari possunt. 4. Rerum mearum memoriam monumentis litterarum vestrarum inveteraturam intellego. 5. In hac urbe duo cives sunt, quorum alter est mutus, alter tacitus. 6. Imperi vestri finīs caeli regionibus terminare volo. 7. Spero fore ut huius eiusdem imperi sedes servetur.

38. Chap. 12. 1. Vestrum (meum, *etc.*) est. 2. Mihi nocetur, tibi nocetur, eis nocetur. 3. Illis qui externa bella gerunt cum eis non vivendum est quos subegerunt. 4. Meum erat ne vobis noceretur providere. 5. Vestrum est ne mihi noceatur providere. 6. Magnum est in bonis praesidium, quod qui mihi comparaverunt ne mihi noceatur providebunt. 7. Si omnis impetus domesticorum hostium depulsus est a vobis, ne in me convertatur vobis erit videndum. 8. Quid altius est quo mihi libeat adscendere? 9. Si illum Iovem, vestrum custodem, venerabimini, in perpetua pace eritis. 10. Vis conscientiae nobis non neglegenda est.

CATILINE IV.

39. Chap. 1. 1. De rei publicae periculis sum sollicitus. 2. Oblitus horum periculorum de vobis solum ac

de liberis cogito. 3. Si mea erga vos voluntas grata est in dolore vestro, meorum malorum non obliviscemini. 4. Condicio consulatus est ut meae salutis obliviscar. 5. Tu es ille cui domus numquam vacua dolore fuit. 6. Cur ego multa non perferam, dum modo multa mala sanem? 7. Multa mihi perferenda sunt. 8. Cur lectus meus numquam vacuus sit mortis periculo? 9. Cur hic exitus consulatus mei non sit, ut totam Italiam ex vastitate eripiam? 10. Si virgines Vestalīs ex acerbissima (acerba) vexatione eripui, laetor. 11. Cur Lentulus suum nomen fatale ad perniciem rei publicae esse putet?

40. Chap. 2. 1. Vestra omnium caedes; nostra omnium salus. 2. Pro eo ac mereor. 3. Qua re, patres conscripti, primum de me cogitare desinite. 4. Deinde si quid mihi obtigerit, prospicite coniugi meae liberisque. 5. Dii qui huic urbi praesident pro eo vobis ac meremini referent gratiam. 6. Vos non estis illi ferrei qui fortis viri morte non moveamini. 7. Si quid mihi obtigerit, illum meum parvulum filium amplexuram rem publicam spero. 8. Spero omnīs salvos esse futuros. 9. Cicero se aequo animo moriturum sperabat. 10. Circumspicite omnīs procellas quae impendent, nisi ad rem publicam incumbitis. 11. Nemo ad exspectandum huius exitum diei relinquitur.

41. Chap. 3. 1. Qui honos; ad senatum (referre) (deferre). 2. Latius opinione. 3. Primum mihi gratias egistis, quod mea diligentia patefieret coniuratio. 4. Deinde Lentulum et ceteros in custodiam dedistis. 5. Postremo meo nomine supplicationem decrevistis. 6. Consulis est rem ad senatum deferre. 7. Magnus

furor in re publica versatur. 8. Consulis est coniurationem opprimere. 9. Quid de coniuratis multandis decernatis statuendum vobis ante noctem est. 10. Vestrum est de poena iudicare. 11. Vos ante noctem iudicaturos spero. 12. Hanc coniurationem nullo pacto sustentando ac prolatando patefeci. 13. Coniurationem Lentulum se abdicare (praetura) cogendo non opprimetis; praemia Volturcio dando. 14. Huic tanto facinori adfines sunt multi.

42. **Chap. 4.** 1. Vincula sempiterna; mors non pertimescitur; ne quis. 2. Silanus censet mortis poenam in improbos civīs usurpandam esse. 3. Quid de bonis eorum publicandis censetis? 4. Mors non est supplicium, sed necessitas naturae. 5. Caesar mortem non esse supplicium, sed laborum quietem putat. 6. Vincula sempiterna singularem poenam nefari sceleris esse putat. 7. Nonne mors est constituta laborum ac miseriarum quies? 8. Spero me eos reperturum esse a quibus mors ipsa non pertimescatur. 9. Hi homines municipiis dispertiantur. 10. Sanciamus ne quis eorum vincula rumpat. 11. Sanciatur praeterea ut bona publicentur. 12. Talia scelera vinculis sempiternis digna sunt. 13. Poena scelere digna sit. 14. Nonne hi homines morte digni sunt? 15. Non est dignitatis municipiorum poenam levare.

43. **Chap. 5.** 1. Nudius tertius; nescio an. 2. Caesaris interest viam popularem sequi. 3. Mea interest sententiam C. Caesaris sequi. 4. Ego quid tua (vestra) interesset videbam. 5. Caesaris sententia est obses perpetuus voluntatis. 6. Gracchum latorem Semproniae

legis fuisse intellegimus. 7. Quid interest inter eos vere popularīs et eos qui se popularīs haberi volunt? 8. Nescio an tu popularis esse velis. 9. Nescio an tu saluti populi consulere non volueris. 10. Amplius Catilinae negoti contrahitur. 11. Sed minus tibi periculi erit. 12. Latorem Semproniae legis popularem appellare nemo dubitabit. 13. Lex sancit in posterum ne quis tenebris vinculisque mandetur. 14. Lex sanxit ut Lentuli bona publicarentur. 15. Indices magnis praemiis sunt digni.

44. **Chap. 6.** 1. Videor mihi videre; sumere supplicium de. 2. In illis hominibus; tanti sceleris immanitas. 3. Multo mitior est sententia Silani quam Caesaris. 4. Rei publicae interest tanti sceleris immanitatem punire. 5. Utrum amplius in scelere puniendo crudelitatis an misericordiae est? 6. Videor mihi videre Cethegum in vestra caede bacchantem. 7. Videbamur mihi videre servum uxorem meam occidentem. 8. Si servum non trucidem, nonne importunus ac ferreus videar? 9. Si Lentulus regnabit, tum cum exercitu veniet Catilina. 10. Num vita perfrui, cum Lentulum regnantem videbimus, possumus? 11. Nobis salva urbe perfrui liceat. 12. Quia Lentulus se regnaturum speravit, idcirco in eum severior fui. 13. Si supplicium de eo acerbissimum non sumpsero, clementior videbor. 14. In Lentulo, si eum interfecerimus, utrum crudeles an misericordes habebimur? 15. Ille id egit ut singulos unius cuiusque vestrum liberos trucidaret. 16. Utrum Cicero atrocitate animi an singulari humanitate movebatur? 17. Vos, patres conscripti, mihi rem publicam conservandam attribuistis.

45. **Chap. 7.** 1. Amor rei publicae; post urbem conditam; omnia parata sunt. 2. Habeo satis praesidi ad ea quae vos statueritis transigunda. 3. Omnia parata et provisa sunt ad communīs fortunas omnium conservandas. 4. Cum mea diligentia fuit summa, tum multo maior populi Romani ad summum imperium retinendum voluntas. 5. Forum est solus locus in quo satis praesidi sit. 6. Utrum senatores an equites commemorem. 7. Haec causa est sola in qua equites et senatores sentiant unum atque idem. 8. Omnīs unum atque idem sentientīs videmus. 9. Hi homines sunt soli qui in civium numero haberi non possint. 10. Confirmo vobis omnem ingenuorum adesse multitudinem. 11. Liceat nobis luce et communi patriae solo frui.

46. **Chap. 8.** 1. Operae pretium est. 2. Servi ad communem salutem quantum possunt conferunt. 3. Libertinus est nemo, qui fortunam civitatis sit consecutus, qui hanc suam patriam non iudicet. 4. Horum est nemo, qui patriam amet, quem libertas ad urbem defendendam non excitaverit. 5. Estne operae pretium sollicitare animos egentium atque imperitorum? 6. Quorum opera otio rei publicae sustentatur. 7. Nemo est tam fortuna miser qui non illum operis cotidiani locum salvum esse velit. 8. Servi si quantum poterant contulerunt ad communem salutem, quid tandem libertini facturi fuerunt? 9. Si eorum quaestus cotidianus otio alitur, quid tandem eis in bello fiat? 10. Nemo erat, qui oti amans esset, qui non lectulum esse salvum vellet.

47. **Chap. 9.** 1. Vita omnium civium; iudicandum est. 2. Mea vita ad salutem populi Romani reservata

est. 3. Ut mea vita reservetur providete. 4. Omnes mente, voluntate, studio, voce consentiant. 5. Omnium ordinum cives patribus conscriptis manus tendunt. 6. Ille ignis Vestae sit sempiternus. 7. De templis atque delubris deorum hodierno die iudicandum est. 8. Non semper duces memores vestri, oblitos sui, habuistis. 9. Hodierno die primum omnium ordinum omnīs homines unum atque idem sentientīs videtis. 10. Ego vobis studio non praecurro. 11. Officio meo consulari summo cum studio functus sum.

48. Chap. 10. 1. Ante quam ad sententiam redeo, de magna inimicorum multitudine quam suscepi pauca dicam. 2. Si aliquando mortem mihi minitabuntur, me meorum factorum numquam paenitebit. 3. Etenim tantam laudem adsecutus sum quantam alius umquam nemo. 4. Num Scipionem victoriarum paenituit? 5. Num Pompeium rerum gestarum paenitet? 6. Scipio Hannibalem Italia decedere coëgerit. 7. Sint duae urbes huic rei publicae infestae. 8. Marius bis Italiam obsidione liberaverit. 9. Estne maius delere Carthaginem Numantiamque quam Romam conservare? 10. Curavi ut habeatis quo revertamini. 11. Quamquam sunt uno loco externae victoriae meliores quam domesticae. 12. Qua re mihi cum perditis civibus aeternum bellum suscepi. 13. Haec conspiratio vestra equitumque numquam ulla vi confringi potest.

49. Chap. 11. 1. Suo solius periculo. 2. Mihi est provincia quam neglego. 3. Triumphum repudiaverim; certe ceterorum laudis insignium memineritis. 4. Numquam vos vestrorum decretorum paeniteat. 5. Parvo

meo filio satis erit praesidi, si illum meum filium esse memineritis. 6. Dignitatem rei publicae meo solius periculo conservavi. 7. Ea quae statueritis, quoad vivam, defendam. 8. Vestra decreta per me ipsum praestabo. 9. Habetis eum consulem qui vestris decretis pareat. 10. Commendo vobis templa delubraque deorum, quibus satis erit praesidi, si decreveritis diligenter ac fortiter.

ARCHIAS.

50. **Chap. 1.** 1. Si quid; ne quis. 2. Non infiteor aliquid esse in me ingeni. 3. In exercitatione dicendi mediocriter versatus sum. 4. Pueritia mea ab his studiis non abhorruit. 5. Licinio mihi principe studium dicendi ingrediebar. 6. Haec vox ab eo conformata ei saluti sit. 7. Huic profecto ipsi dicendi artem debeo. 8. Disciplina optimarum artium ei fructui esse debet. 9. In me quoque alia quaedam facultas est ingeni. 10. Ne hic quidem huic uni studio penitus deditur. 11. Mirabiminine forte me hoc dixisse?

51. **Chap. 2.** 1. Abhorrere a. 2. Mirumne vobis videtur me pro poeta dicere? 3. Non mirum est apud hos eruditissimos viros me novo genere dicendi uti. 4. Praetori, eruditissimo viro, hoc dicendi genus non erit molestum. 5. Id a consuetudine iudiciorum abhorrere scio. 6. Quaeso a vobis ut mihi detis hanc veniam. 7. Quaeso a vobis ut de studiis litterarum libere loquamini. 8. Licinius si civis est, adsciscendus est. 9. Si civis non fuit, adsciscendus erat. 10. Cum sit civis, non est segregandus a numero civium. 11. Perficiam ut eum adscitum esse putetis.

52. Chap. 3. 1. Ut primum; ex pueris; praetextatus (in aetate puerili). 2. In oppidis et Romae; adfici summo honore. 3. Archias, ut primum se ad scribendum contulit, ceteris celeriter antecellebat. 4. In aetate puerili (pueritia) nos ad scribendi studium conferimus. 5. Antiochiae, celebri quondam urbe, nasci Archiae contigit. 6. Tarenti multis praemiis donabatur. 7. Graecae artes multum in Italia colebantur. 8. Cum Romae esset, urbe eruditissimorum plena, Marius et Catulus erant consules. 9. Lucullus non solum praetextatum eum domum suum recepit, sed etiam senectuti familiaris fuit. 10. Perfecit ut Luculli eum cognitione dignum esse existimarent.

53. Chap. 4. 1. Longo intervallo; sexaginta diebus; ante civitatem datam. 2. Cum e Sicilia decessisset, in Italiam venit. 3. Heraclia fuit civitas aequissimo iure. 4. Lucullus est magna auctoritate. 5. Nonne erat summa fide? 6. Archias Heracliam cum Lucullo venerat. 7. Cum sexaginta diebus apud praetorem professus esset, adscriptus est. 8. Cum Heraclia decessisset, Romam venit. 9. Lucullus eum adscriptum esse scivit. 10. Multis annis ante tabularium Heracliae incensum Romae adscriptus erat. 11. An nonne tabulas flagitas? 12. Immo vero nihil aliud nisi tabulas quaeris.

54. Chap. 5. 1. Quid est quod? 2. Se gerere pro cive; iam tum. 3. Omnis tabularum fides resignata est. 4. Gabinius nominum litura non commovebatur. 5. Sed Metellus unius nominis litura commovebatur. 6. Tanta diligentia erat ut ad praetorem veniret et se lituram unam invenisse diceret. 7. Multi mediocres sunt nulla

arte praediti, artifices scenici summa ingeni praediti gloria sunt. 8. Quid est quod Neapolitani mediocribus civitatem impertiant? 9. Semper me Neapolitanum esse volui. 10. Cum se iam tum gessisset pro cive, nostris legibus census est. 11. Quae cum ita sint, quid est quod testamentum facere dubitet?

55. Chap. 6. 1. Me pudet; eum pudet. 2. Oratio et facultas (*hendiadys*); levis. 3. Quaero a vobis cur tanto opere Aulo Licinio delectemini. 4. Tantamne contentionem animi ferre possint, nisi eos relaxemus? 5. Nisi animos excolamus, non suppetere nobis possit quod dicamus. 6. Quid te pudeat, si his studiis te dedidisti? 7. Me puderet, si eis non dedidissem. 8. Quantum tu tempestivis conviviis tribuis, tantum egomet temporum ad meas res obeundas tribuo. 9. Quis tibi iure succenseat, si aliquid temporis pilae tribuas? 10. Nisi laudem atque honestatem expetissem, litteris me non dedidissem. 11. Me quid pudeat, si me pro salute vestra in tot dimicationes obieci? 12. Nisi plena exemplorum fuisset vetustas, fortissimorum virorum tot imagines non habuissemus.

56. Chap. 7. 1. Ut opinor; secundae res; adversae res. 2. Fuerunt summi viri qui litteris non eruditi sunt. 3. Est certum (certe) quod de illis hominibus confirmem. 4. Eos laudibus efferimus quorum virtutes litteris proditae sunt. 5. Natura sine doctrina saepe ad laudem valuit. 6. Quaerat quispiam: "Quid? multumne doctrina sine natura valet?" 7. Delectationemne solam ex his studiis petimus? 8. Nisi adulescentiam alerent, tamen, ut opinor, senectutem oblectarent.

57. Chap. 8. 1. Ex tempore; inter se contendere. 2. Artem ac venustatem Rosci mirari debes, etiam cum sis agrestis. 3. Quis vestrum est tam durus ut artem ac venustatem in aliis non miretur? 4. Ille videtur omnino mori non debere. 5. Roscius autem magnum numerum versuum dicere ex tempore non poterat. 6. Ab hominibus eruditis poetas quasi divino quodam spiritu inflari accipimus. 7. Virum tam excellente arte ac venustate non diligamus? 8. Non Archiam omni ratione defendam? 9. Hoc poetae nomen sanctum non admiremur? 10. Nonne deorum ipsorum aliquo munere commendatus esse nobis videtur? 11. Nonne vos, iudices, poetarum voce movemini? 12. Cum Roscium admiraremur, diligimus Archiam. 13. Cum ego hoc novo modo dixerim, tamen me diligenter attendistis.

58. Chap. 9. 1. Terra marique; depressa classis; libenter audire. 2. Cuius vocem libentissime audis? 3. Archias omne ingenium contulit ad populi Romani gloriam celebrandam. 4. Adulescens Cimbricas res C. Mari attigit. 5. Marius cum esset durior ad haec studia, tamen Cimbricas res versibus celebratas libenter audivit. 6. Marium dixisse aiunt se vocem poetae laudem suam celebrantem libentissime audire. 7. Nonne diligamus eum cuius ingenio ea quae gessimus celebrantur? 8. Themistocles dixit se vocem poetae libenter audire. 9. Classis depressa apud Tenedum Archiae ingenio celebrata est. 10. Quorum ingenio victoriae imperatorum nostrorum efferuntur, ab eis celebratur fama nostra.

59. Chap. 10. 1. Si putas Graeca minus legi quam Latina, vehementer erras. 2. Quo tela nostra pervene-

runt, eodem gloria famaque penetraverunt. 3. Noster hic Archias Graecis versibus scribit de rebus nostris. 4. Fortunatus est populus Romanus, qui gloriae suae Archiam praeconem invenerit. 5. O fortunate Alexander, qui ad Achillis tumulum adstiteris! 6. O fortunati adulescentes, qui Latina legere possitis! 7. Cum Pompeius Theophanem civitate donaret, milites adprobaverunt. 8. Itaque, credo, si Archias civitate non donatus esset a Lucullo, non a Sulla accipere potuit. 9. Praemium tibi tribuam, sed ea condicione ne quid postea scribas. 10. Archiae ingenium et virtus maximo praemio sunt digna.

60. **Chap. 11**. 1. Optimus quisque. 2. In qua urbe . . . in ea. 3. Optimus quisque studio laudis trahitur. 4. Me ipsum multos annos amore laudis ductum esse confiteor. 5. Fulvium studio gloriae scimus ductum esse, qui Martis manubias Musis consecraverit. 6. Meus amor gloriae nimis fortasse acer est, verum tamen honestus. 7. Sed ego libellos de contemnenda gloria numquam scripsi. 8. In qua urbe poetae ab imperatoribus coluntur, in ea non debemus a poetarum salute abhorrere. 9. Optimi cuiusque animi noctīs ac dies gloriae stimulis concitantur. 10. Gloria detracta, quid est aliud quod desideremus?

61. **Chap. 12**. 1. Parvi animi (*gen.*). 2. In bonam partem accipere; certo scio. 3. Num sumus tam parvi animi qui omnia moritura nobiscum simul arbitremur? 4. Nonne animi simulacrum quam corporis relinquere mavis? 5. Tam parvi animi non es, qui (ut) nullum simulacrum virtutum tuarum relinquere velis. 6. Qua

re, iudices, petimus a vobis ut hominem conservetis ingenio tanto ut a summis hominibus expetatur. 7. Eum qui est eo numero qui sanctus semper habeatur conservare debetis. 8. Sapientes putant quae in vita geramus ad sensum nostrum post mortem adesse. 9. Vos quae dixi in bonam partem accepturos certo scio. 10. Is qui iudicium exercet in bonam partem accipiet quae a iudiciali consuetudine aliena dixi.

CATILINE I.

62. Chaps. 1–3. 1. Quo usque tandem abutere, Catilina, patentia nostra? Patent tua consilia omnia. Consules totam coniurationem tuam constrictam tenent. Quid consili capias intellegunt. Senatus quoque haec omnia intellegit, tu tamen vivis. Vivis? immo vero in senatum, nostrum interitum machinans, et orbem terrae caede atque incendiis vastare cupiens venisti.

2. Quondam civis perniciosus a pontifice maximo occisus est, at nos consules, qui senatus consultum in te habemus, te vivere patimur. Vicesimum iam diem consultum in tabulis includitur tamquam in vagina reconditum, neque tamen tuam audaciam deponis.

3. Cupio me esse clementem, sed me ipse inertiae nequitiaeque condemno. Iam pridem te interfici oportuit; verum quam diu quisquam erit qui te defendere audeat, te vivere volo.

4. Sed, mihi crede, multi te non sentientem speculantur, nec etiam privata domus parietibus continere

vocem coniurationis tuae potest. Teneris undique. Nihil agere potes quod non ego confestim sentiam.

63. Chaps. 4–6. 1. Nonne superiore nocte in Laecae domum venisti? Nonne hic in senatu sunt quidam qui tecum una fuerunt? O dii immortales! ubinam gentium sumus? Hic, hic sunt, in hoc orbis terrae sanctissimo consilio, qui tuae amentiae scelerisque participes sint.

2. Duo equites Romani sese illa ipsa nocte me interfecturos esse polliciti sunt, sed insidias comperi; et cum ipsi mane ad me salutatum venissent, eos exclusi. Quae cum ita sint, Catilina, egredere ex urbe. Magno metu liberabor, dum modo hanc tam horribilem rei publicae pestem effugiamus.

3. Qua re Catilinam interfici nondum iussi? Qua re ire in exsilium non iussit consul hostem? Qua re Catilina sua sponte non ex urbe, in qua nemo est qui eum non metuat, nemo qui non oderit, exiit?

4. Turpitudo atque dedecus haerent in fama. Scelere scelus cumulavit. Multos principes civitatis interficere, et urbem caede atque incendiis opprimere conatus est.

64. Chaps. 7–9. 1. Quod te nemo ex tanta frequentia, cum in senatum venisses, salutavit, quo tandem animo ferre possis? Vocis exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Si me necessarii non salutarent mei, eorum adspectum praesentiamque vitare mallem.

2. Tu auctoritatem patriae, quae communis est parens omnium nostrum, non vereris. Iam diu nihil nisi de eius parricidio cogitas. Nullum videtur contra eam consilium iniri posse sine te; quod non est ferendum.

3. Nonne igitur abire in exsilium debeas? Senatus consultum postulasne? Ad senatum non referam; et tamen faciam ut intellegas quid senatus de te sentiat. Egredere ex urbe, Catilina. Nonne senatum tacitum esse perspicis? Cum quiescunt, probant.

4. Si illum fortissimum virum, M. Marcellum, ire in exsilium iussissem, senatus iure optimo mihi vim et manus intulisset. Utinam in exsilium eas! Utinam te a bonis secernas!

65. Chaps. 10–13. 1. Nonnulli sunt, patres conscripti, in hoc ordine, qui me, si Catilinam morte multem, crudeliter et regie facturum putent. Ne credunt quidem coniurationem factam esse. Sed mea patria me inertiae condemnare videtur, quod unius usuram horae gladiatori isti ad vivendum dem.

2. Mihi etiam nunc videtur me vituperare, quod civium salutem neglegam. Si Catilinam in Manliana castra, quo intendit, ex urbe exire patiar, nemo tam stultus erit qui non fateatur eum non iam civem esse.

3. Si totam naufragorum perditorumque manum secum eduxerit, exstinguetur atque delebitur stirps ac semen malorum omnium. Iam diu urbs in his periculis versatur, sed nescio quo pacto omnium malorum maturitas in nostri consulatus tempus erupit.

4. Improbi domi suae consuli insidiantur, curiam cum gladiis obsident, faces ad inflammandam urbem comparant. Omnes si secedent, et Catilinam ex urbe sequentur, totam coniurationem non solum patefactam, sed etiam in perpetuum compressam videbitis.

CATILINE II.

66. Chaps. 1–5. 1. Tandem aliquando, Quirites, L. Catilina, qui iam diu pestem patriae intra moenia ipsa urbis molitur, nefarius ille corruptor iuventutis, quem omnes boni pertimescunt, ex urbe depulsus est, quae mihi laetari et exsultare videtur, quod tam capitalem hostem evomuerit.

2. Si quis vestrum sit qui quaerat cur eum discedere passus sim, neque potius comprehenderim atque etiam interfecerim, mementote multos esse qui coniurationem esse non credant. Illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conicere volui. Quod iam consecutus sum.

3. Cum me omnia eius consilia sentire intellegeret, pertimuit, profugit. Nunc tandem nemo esse potest qui quae ego detulerim non credat, nemo qui Catilinam defendat. Velim vero omnīs eius sodalīs, eum secutos esse.

4. Sed hi remanent. O fortunatam rem publicam! O praeclaram laudem consulatus mei, si quidem totus grex ducem ex urbe secutus erit! Tum nemo sit quem pertimescamus; tantus enim perditorum exercitus quantum conlegit Catilina non est pertimescendus.

67. Chaps. 6–9. 1. At sunt qui quaerant Catilinam in exsilium eiecerim necne. Quo modo me eum in exsilium eiecisse dici potest, cum omnes senatores eum ingressum esse in bellum, arma et signa militaria in castra Manliana, atque etiam aquilam suam argenteam, misisse sciant? Qui hoc dicunt, qui eum innocentem, me crudelissimum tyrannum, qui homines in exsilium vi et minis eiciam,

credunt, invidiae in me tempestatem excitare conantur.

2. Sed isti, qui Catilinam Massiliam in exsilium isse dictitant, iidem, si ex fuga atque exsilio iter ad cursum sceleris ac belli convertat, quid dicant? Quid, si triduo exercitum hostium ducat? Quid, si latrocinantem se interfici malit quam exsulem vivere?

3. Nunc de generibus hominum ex quibus Catilinae copiae comparantur mihi dicendum videtur. Primum, sunt illi locupletes, qui magno in aere alieno sunt, et a Catilina tabulas novas exspectant, quibus magnae possessiones salvae sint. Aliud genus est hominum qui dominationem, perturbata ipsa re publica, se consequi posse arbitrantur. Deinde sunt quidam ex colonis Sullae, qui ipsi in magnum alienum inciderunt, et nonnullos agrestīs egentīs in spem rapinarum veterum impellunt.

68. **Chaps. 10–13.** 1. Quae cum ita sint, Quirites, res sic administravi ut, etiam si Catilina excursiones in colonias municipiaque faciat, facile defendi possint. Denique non possum oblivisci eos quos in urbe Catilina reliquerit esse hostīs nostros, qui, ne se in urbe commoveant, etiam atque etiam monendi sunt.

2. His dico: "Scitote consules esse vigilantīs, urbi satis praesidi providisse, civīs ut tecta sua custodiis vigiliisque defendant monitos esse. Si minimum contra patriam vestram conatum feceritis, ego confestim deprehendam."

3. Omnibus rebus nos suppeditamur quibus eget Catilina. Hinc consules sunt imperatoresque vestri, illinc gladiator ille confectus et saucius; hinc flos totius Italiae ac robur, illinc perditorum impudicorum impurorumque

grex; hinc urbes colonorum vestrorum, illinc Catilinae tumuli silvestres.

4. In eius modi certamine quis dubitare possit quin dii immortales praesentes hanc pulcherrimam urbem contra perditissimorum hominum nefarios impetus defendant? Vos igitur, Quirites, hoc bellum, non humanis consiliis freti, sed diis ipsis, ingredimini. Me duce, nullus bonus interibit, sed omne scelus comprimetur.

CATILINE III.

69. **Chaps. 1–5.** 1. Res publica, Quirites, salva est. Coniuges liberique vestri, domicilia vestra, laboribus meis a flamma atque ferro erepta et vobis restituta sunt. Et quoniam scio vos, ut reperiatis quid sit factum ex quo tempore Catilina paucis ante diebus eruperit ex urbe exspectare, totam rem vobis exponam.

2. Duces qui in urbe remanserunt legatos Gallicos sollicitabant; qui cum in Galliam reversuri essent, his litteras mandataque ad Catilinam dederunt.

3. Ut comperi eos hoc moliri, facultatem mihi oblatam vidi, ut ita totam coniurationem comprehenderem ut et vos et senatus manifesto deprehenderetis. Itaque Allobroges et Volturcius comprehensi in urbem deducti sunt.

4. Cum multis clarissimis viris me litteras prius aperire quam ad senatum deferrem placeret, signa integra tenui. Cum Volturcius, ea quae sciret indicavisset, et Galli testimonium dixissent, tabellae prolatae sunt.

5. Lentulus, Cethegus, Statilius manum et signum suum cognoverunt. Recitatae sunt litterae. Lentulus, cum primo negaret, post aliquanto, rogatus a Gallis

nihilne cum eis de urbe incendenda esset locutus, confessus est.

70. Chaps. 6–8. 1. Omnibus indiciis expositis, senatus censuit ut novem ex coniuratis in custodiam traderentur, atque decretum est ut Lentulus, quod praetor esset, primum magistratu se abdicaret, ne religio esset quo minus puniretur.

2. Mihi gratiae actae sunt quod Catilinam ex urbe eiecissem. Atque etiam senatus supplicationem diis immortalibus meo nomine decrevit, quod rem publicam non solum bene gessissem, sed etiam conservavissem.

3. Nunc nihil iam est quod timeamus. Quam diu Catilina in urbe erat, omnia nobis timenda erant; fuit enim tam acer, tam audax, tam callidus, tam in scelere vigilans, ut omnibus eius consiliis difficillime occurrere atque obstare possemus.

4. Quamquam dii immortales, Quirites, has tantas res omnīs nutu atque potestate sua gessisse paene videntur. Nam profecto non est humani consili omnia nobis consulibus facta providisse.

71. Chaps. 9–12. 1. Diis immortalibus ducibus, ego istis, qui templis atque delubris ignīs inferre conati sunt, restiti, et omnia quae cogitaverant contra salutem vestram inlustravi. Dii igitur qui urbem ex caede, ex igni, ex sanguine servaverint, sunt digni honore maximo.

2. Quae ego si me fecisse unum sine deorum auxilio dicam, mente captus sim. Ut Lentulus tam demens esset ut litteras crederet Gallis, qui, cum tacere possent, tamen ultro sceleris Catilinae indicia nobis obtulerunt, id non divinitus esse factum videtur?

3. Pro tantis rebus meis, Quirites, nullum monumentum mutum laudis postulo, sed ut memoria vestra res meae alantur. Cum autem mihi cum eis vivendum sit quos subegerim, spero praesidium in bonis mihi in perpetuum comparatum iri.

4. Non opus est dici illam esse in re publica dignitatem ut ab impetu domesticorum hostium me semper defendat, qui me pro salute vestra ultro obtulerim omnibus periculis.

CATILINE IV.

72. Chaps. 1–4. 1. Intellegitis, patres conscripti, neque in foro, neque in curia, neque domi meae, neque etiam in hac sede honoris me umquam esse vacuum mortis periculo; sed tamen, quaecumque mihi proponetur fortuna, aequo animo subibo, dum modo meis laboribus vobis populoque Romano salus pariatur.

2. Cur enim non laeter me vos, coniuges liberosque ex caede, virginesque Vestalīs ex acerbissima vexatione eripuisse, etiam si dii immortales velint ut omnīs dolores acerbitatesque, et mortem ipsam, perferam?

3. Hesterno die de facto quid iudicaretis, et de poena quid censeretis, rogavi. Hodie quid de reis faciendum sit, statuendum nobis ante noctem est. Nam hoc malum, quod latius opinione disseminatum est, opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest.

4. D. Silanus censet coniuratos morte esse multandos, C. Caesar autem intellegit mortem ab diis non esse supplici causa constitutam, sed laboris ac miseriae quietem; itaque bonorum publicationem atque vincula sempiterna iubet.

73. Chaps. 5–7. 1. Sententia C. Caesaris est illius saluti populi consulentis, et tamquam obses est perpetuae in rem publicam volutatis. Nemo dubitare potest, qui indici praemium, quaesitori gratulationem decrevit, quique, homo mitissimus atque lenissimus, Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandat, quid de tota re iudicet.

2. Quam ob rem si Silani sententiam secuti eritis, crudelitatis vituperationem non verebor; nam quae potest esse in homine morte puniendo, qui civis nullo modo est, sed rei publicae hostis, crudelitas? Ipse lator Semproniae legis iussu populi interfectus est.

3. Cum cerno animo urbem concidentem, miseros atque insepultos acervos civium, Cethegum in vestra caede bacchantem, de clementia ac misericordia in nocentīs, qui nos trucidare, et gentem Allobrogum in vestigiis urbis conlocare voluerunt, cogitare non possum.

4. Nunc autem, ne vereatur aliquis ut sit satis praesidi ad ea quae statueritis hodierno die transigunda, omnia sunt parata. Populus Romanus egit ut mihi omne praesidium quod velim det.

74. Chaps. 8–11. 1. Operae pretium est omnium ordinum omnium civium studia cognoscere. Sed quid illos commemorem? Nam suae res eos ad patriam defendendam excitant. Ipsi servi, qui modo tolerabili condicione sint servitutis, quantum possunt conferunt ad salutem otiumque civitatis.

2. Atque egentes et imperiti, quos Lentulus sollicitaret, vobis amore patriae paene praecurrunt. Ii vero qui quaestu cotidiano in tabernis sustentantur, — cum quaestus, occlusis tabernis, minuantur, — non cupiunt

fortunas eorum qui fundamenta ipsa rei publicae evertere conantur consequi.

3. Quae cum ita sint, patres conscripti, providete ne vos iis, quorum praesidia vobis numquam defuerunt, desitis. Nostra patria communis facibus et telis impiae coniurationis obsidetur, atque utrum haec omnia stent, an tota res publica deleatur, vobis iudicandum est.

4. Vitam meam amittam, cum aeternum bellum cum hostibus rei publicae susceperim; sed mearum rerum memoria remanebit. Semper memor vestri fui, oblitus mei; neque vestra decreta conficere dubitabo, etiam si vis improborum mortem mihi minitabitur.

ARCHIAS.

75. Chaps. 1–5. 1. Aulus Licinius Archias Antiochiae natus est, loco nobili, celebri quondam urbe et copiosa, atque eruditissimis hominibus adfluenti. Puer ad humanitatem informabatur; post cum se ad scribendi studium contulisset, cognitione atque hospitio multorum hominum et in Italia et in Graecia dignus existimabatur.

2. Cum Romam venisset, etiam tum adulescens, multos summos viros cognovit. Non solum qui res ad scribendum maximas adhibere poterant, verum etiam qui eum audire studebant, eum colebant.

3. Hic cum domicilium Romae multos iam annos habuisset, et postea adscriptus esset civis Heracliae, civitate aequissimo iure ac foedere, a Gratio quodam lege Papia accusatus est, quod civis Romanus non esset.

4. Cicero amici sui causam apud iudicium dixit, et

Luculli et legatorum Heracliensium testimonio, facile probavit Archiam Silvani lege et Carbonis civem Romanum esse. Huius orationis magna pars ad laudes litterarum celebrandas deditur.

76. Chaps. 6–9. 1. Quaerat quispiam cur his studiis tanto opere delecter. Quia sunt omnium temporum, omnium aetatum, omnium locorum; quia animum meum forensi strepitu atque convicio defessum reficiunt; quia ex eis haec crescit oratio et facultas; quia excellentium hominum imagines, quas in libris scriptores reliquerunt, intueri possum. Quae exempla ego mihi proponens, animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformare possum.

2. Quaeritis omnesne summi imperatores nostri litteris eruditi sint? Non omnes; nam fuerunt viri tam eximia natura ut, etiam sine doctrina, non solum fortes et sapientes, sed etiam moderati et graves exstiterint. Sed tamen est certum doctrinam multum ad colendam virtutem adiuvare.

4. Homerum Colophonii esse vindicent suum; hic Archias et voluntate sua et legibus nostris noster est. Eius vocem libenter audimus, quod populi Romani nomen gloriamque celebrat. Carus fuerit Africano superiori noster Ennius; nonne Archias a L. Lucullo, illo clarissimo imperatore, eximie diligitur, qui populo Romano Pontum aperuit, et innumerabilīs Armeniorum copias fudit?

77. Chaps. 10–12. 1. Alexander ille magnus multos scriptores rerum suarum secum habuit, intellegit enim nisi aliquem qui suae virtutis esset praeco haberet, fore

ut nomen suum in eodem tumulo, qui corpus contexisset, obrueretur. Itaque noster hic Magnus scriptori rerum suarum, Theophani Mytilenaeo, praemium tribuit. Eius milites quoque, quasi participes eius laudis, illud adprobaverunt.

2. Sulla multos Hispanos civitate donavit; et Archiamne petentem repudiasset? Qui usque eo de suis rebus scribi versibus cupiebat ut Cordubae natis malis poetis aurīs suas dederet, non, credo, Archiae ingenium expetisset.

3. Confitendum est ipsos illos philosophos qui libellos de contemnenda gloria scribant tamen studio laudis trahi; atque vero optimus quisque maxime gloria ducitur. Me ipsum nullam aliam mercedem laborum pro vobis periculorumque desiderare, praeter mearum virtutum commemorationem sempiternam, vobis confiteri non dubito.

4. Qua re, cum Archias versibus populi Romani res gestas ornaverit, cum ingenio tanto sit ut a summis hominibus nostris colatur, peto a vobis, iudices, ut eum sic in vestram accipiatis fidem ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur.

PART III.

GRAMMATICAL REVIEW.

1. 1. Athenae olim inventrices omnium doctrinarum habebantur. 2. Romanī sibi gratulabantur quod consul creatus est Cicero. 3. Cicero praetor legem Maniliam suasit, consul coniurationem Catilinae oppressit. 4. Prisci Persae solem unicum deum habuerunt. 5. Caesar omnem equitatum pontem traducit. 6. Caesar, cum ad eum ventum est, rogatus sententiam, huiusce modi verba locutus est. 7. Non enim te celavi sermonem T. Ampi. 8. Duae urbes potentissimae, Karthago atque Numantia, a Scipione deletae sunt. 9. Archias Romam venit Mario consule et Catulo. 10. Alexander Magnus duas urbīs in India condidit; alteram Nicaeam appellavit, alteram ex nomine equi sui Bucephalen. 11. Legati Verrem simulacrum Cereris et Victoriae reposcunt. 12. Caesar omnem agrum Picenum percurrit.

2. 1. Laborare est orare. 2. Quam ob rem defensionem in novo consilio non statui parare; satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi. 3. Maiores corpora invenum firmari labore voluerunt. 4. Hoc proprium est animi bene instituti, et laetari bonis rebus et

dolere contrariis. 5. Boni non tam videri quam esse cupimus. 6. Facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare. 7. Antecellere omnibus ingeni gloria contigit Archiae. 8. Te, Catilina, interfici oportet. 9. Mea vox debet esse in re publica princeps. 10. Cupio me esse clementem. 11. Si me diligis, si a me diligi vis, ad me litteras mittito. 12. Nunc neque vivere libet neque mori licet sine dedecore. 13. Licet (tibi) discedere.

3. 1. Catilina plerisque consularibus litteras mittit: se (falsis criminibus circumventum) fortunae cedere, Massiliam in exsilium proficisci. 2. Cethegus dixit socios dubitando et dies prolatando magnas opportunitatīs corrumpere: facto, non consulto, in tali periculo opus esse. 3. Reperit consules Dyrrachium profectos cum magna parte exercitus, Pompeium remanere Brundisi cum cohortibus. 4. Caesar docet se nullum extraordinarium honorem adpetisse, sed, exspectato legitimo tempore consulatus, eo fuisse contentum quod omnibus civibus pateret. 5. Legati Caesari renuntiant: intellegere se divisum esse populum Romanum in duas partīs; neque sui iudici neque suarum esse virium discernere utra pars iustiorem habeat causam. 6. Circiter Kalendas Iunias singulos appellare; hortari alios, alios tentare; opes suas, imparatam rem publicam, magna praemia coniurationis docere.

4. 1. Habetis omnīs ordines, omnīs homines, universum populum Romanum unum atque idem sentientem. 2. Praeterita meminisse, reliqua sperare, videmur. 3. Labor voluptasque, dissimilia natura, societate qua-

dam naturali inter se iuncta sunt. 4. Stultitiam et temeritatem et iniustitiam et intemperantiam dicimus esse fugienda. 5. Catilinae ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere. 6. Potestate facta, Afranius copias educit et in medio colle constituit. 7. Galli viatores etiam invitos consistere cogunt. 8. Plus hodie boni imprudens feci quam sciens ante hunc diem umquam. 9. Hispania postrema omnium provinciarum perdomita est. 10. Prima luce summus mons a Labieno tenebatur.

5. 1. Nos in linguis quas non intellegimus, quae sunt innumerabiles, surdi sumus. 2. Mummius delevit Corinthum, quae urbs tum amplissima Graeciae erat. 3. Ne mulieribus et pueris quidem, qui in oppido reperti sunt, victor pepercit. 4. Agitabatur animus Catilinae ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque his artibus auxerat quas supra memoravi. 5. Tu, Iuppiter, qui eisdem quibus haec urbs auspiciis es constitutus, hostīs patriae mactabis. 6. Quae pars civitatis calamitatem Romanis intulerat, ea princeps poenas persolvit. 7. O fortunate adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! 8. Hi rursus in vicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. 9. Ex suo regno sic Mithridates profugit ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur. 10. Hos illi diligenter tuebantur.

6. 1. Nonnullae civitates legibus habent sanctum, si quis quid de re publica a finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat, neve cum quo alio communicet. 2. Cuivis dolori remedium est patientia.

3. Tyrannus neque diligit quemquam, neque ipse ab ullo diligitur. 4. Dux discedentibus mandat ut suam quisque eorum civitatem adeat omnīsque qui per aetatem arma ferre possint ad bellum cogant. 5. Alii errorem appellant, alii timorem; scelus praeter te nemo. 6. Alteram partem eius vici Gallis concessit, alteram cohortibus attribuit. 7. Tamen eos retinendos non constituit, ne aut inferre iniuriam videretur aut dare timoris aliquam suspicionem. 8. Indutiomarus dixit esse civitatem in sua potestate, seque, si Caesar permitteret, ad eum venturum suas civitatisque fortunas eius fidei permissurum. 9. Non oblitus pristini instituti Caesar mittit ad eum Clodium, suum atque illius familiarem.

7. 1. Num igitur ulla quaestio de Africani morte lata est? Certe nulla. 2. Quod nomen umquam in orbe terrarum clarius fuit? 3. Putatisne vos illis rebus frui posse? 4. Quae causa erat cur Romam properaret? 5. Nescio quae causa esset. 6. (Utrum) ferro an fame acrius urgear incertus sum. 7. Insidias factas esse constat; ab utro factae sint incertum est. 8. Num quid aliud in iudicium venit nisi uter utri insidias fecerit? 9. Inter praetores magna fuit contentio, utrum moenibus defenderent an obviam irent hostibus acieque decernerent. 10. Causa tibi nonne videtur bona? Immo optima. 11. Utrum animos sociorum a re publica abalienabas annon? 12. Non dicere potuit utrum animos eorum abalienavisset necne.

8. 1. Ego iam multis ac summis viris ad me id temporis eos venturos esse praedixeram. 2. Tulli regnum cetera egregium, ab una parte haud satis properum fuerat,

aut neglectis religionibus aut prave cultis. 3. Magna voce iuravi verissimum pulcherrimumque ius iurandum. 4. Hac nocte mirum somniavi somnium. 5. O terram illam beatam quae hunc virum exceperit, hanc ingratam, si eiecerit, miseram, si amiserit! 6. Turnus tempora nudus adhuc lateri accinxerat ensem. 7. Scipio puerum percontatus est quis esset, et cur id aetatis in castris esset. 8. O clementiam admirabilem atque omnium laude, praedicatione, litteris monumentisque decorandam! 9. Me caecum qui haec ante non viderim! 10. Hannibal, dum murum incautius subit, adversum femur tragula ictus cecidit.

9. 1. Milites aggerem latum pedes trecentos triginta, altum pedes octoginta exstruxerunt. 2. Campus Marathon ab Athenis circiter milia passuum decem abest. 3. Qui cum ad flumen Ligerim venissent, paucos dies ibi morati, neque flumen transire ausi, domum revertuntur. 4. De quibus insulis nonnulli scripserunt dies continuos XXX sub bruma esse noctem. 5. Neque longius milia passuum octo ab hibernis Caesaris abfuerunt. 6. Lucretia nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant. 7. M. Livius rus se contulit, atque ibi multos annos manebat. 8. Post cladem Cannensem Romani exercitus reliquiae Canusium perfugerant. 9. Totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treveros mittit, duasque legiones ad eum proficisci iubet.

10. 1. Neque erat quisquam omnium quin in eius diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret. 2. Titus facilitatis tantae fuit et libera-

.s ut nemini quidquam negaret. 3. Tuae litterae .imi sunt apud me ponderis. 4. Stultitiae est aliorum ia cernere, oblivisci suorum. 5. Cuiusvis hominis t errare; nullius nisi insipientis in errore perseverare. Hostes domos suas incenderunt ne quid suarum rerum ı potestatem victoris veniret. 7. Traianus solus omıium imperatorum intra moenia urbis sepultus est. 8. Nemo nostrum (ex nobis) idem est in senectute qui fuit iuvenis. 9. Nihil novi faciendum putas contra instituta maiorum. 10. Ab hoc spe repulsi, Nervii vallo novem et fossa pedum quindecim hiberna cingunt. 11. Quod tu si tanti facies quanti ego semper iudicavi faciendum esse, facies sapienter.

11. 1. At hostes sine fide tempus atque occasionem fraudis ac doli quaerunt. 2. Hannibal adhortatus est milites ut reminiscerentur pristinae virtutis suae, neve mulierum liberorumque oblivisceréntur. 3. Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, Lacedaemonem demigravit. 4. Oblitus itaque imperi paterni, in certamen ruit, et Latinum ex equo excussum transfixit. 5. Memores eorum praeceptorum quae paulo ante acceperant, maximo animo decertabant. 6. Cibi vinique temperans, somni parcus, inter milites corpus exercebat. 7. Pyrrhus erat belli peritus et nullius rei cupidus nisi imperi. 8. Haec a me beneficia habetis, quem proditionis insimulatis. 9. Caesar dicit summae se iniquitatis condemnari debere, nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem.

12. 1. Numquam suscepti negoti Atticum pertaesum est. 2. Est incredibile quam me huius negoti taedeat.

3. Utriusque nostrum magni interest ut te videam. 4. Vides mea hoc pluris interesse quam tua. 5. Maiores nostri, patres conscripti, neque consili neque audaciae eguere. 6. Itaque Brutus suos cohortatus, plenus spei bonae atque animi, adversus hostīs proficiscitur. 7. Audistis, iudices, quantum Clodi interfuerit occidi Milonem. 8. Quid Milonis intererat interfici Clodium? 9. Sunt homines quos infamiae suae neque pudeat neque taedeat. 10. Eorum nos magis miseret qui nostram misericordiam non requirunt quam qui illam efflagitant. 11. Nostra parvi refert quid alii faciant, dum modo nos ipsi recte faciamus. 12. Nihil mea interest quid de me homines imperiti loquantur.

13. 1. Maiores nostri in legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem atque utilitatem rei publicae proposuerunt. 2. Rem publicam vigilanti homini, non timido, diligenti, non ignavo, commisistis. 3. Romani moleste ferebant quod Sertorius Hispanis magis quam sibi confideret. 4. O patria, vicisti iram meam admotis matris meae precibus, cui tuam in me iniuriam condono. 5. Manlio Romam redeunti seniores obviam exierunt. 6. Caesar clementer usus est victoria, et omnibus qui contra se arma tulerunt pepercit. 7. Sic enim populo erat persuasum et adversas superiores et praesentes secundas res accidisse eius opera. 8. Liber is est existimandus qui nulli turpitudini servit. 9. In summa Sacra Via fuit posita virgo insidens equo. 10. Non modo non invidetur illi aetati, verum etiam favetur. 11. Neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit ut Rhenum transiret. 12. Nemo umquam sapiens proditori credendum putavit. 13. Omnis sensus hominum multo

antecellit sensibus bestiarum. 14. Equi fortis et victoris senectuti comparat suam.

14. 1. Pergite ut facitis, atque in id studium in quo estis incumbite, ut et vobis honori et amicis utilitati et rei publicae emolumento esse possitis. 2. Aere alieno oppressus Caesar dicebat sibi opus esse millies sestertium ut haberet nihil. 3. Sperabat opulentissimum totius Africae regem usui sibi fore. 4. Itaque mihi non tam copia quam modus in dicendo quaerendus est. 5. Quid nobis faciendum est? Omnibus in hac causa laborandum est. 6. Semper in civitate quibus opes nullae sunt bonis invident. 7. Itaque haec vobis provincia non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. 8. Aliquando isti principes et sibi et ceteris populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. 9. Mihi timorem eripe. 10. Quod viro forti adimi non potest manet et permanebit. 11. Non semper beati sunt ii quibus sunt divitiae. 12. Viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis, solacio in laboribus erat.

15. 1. Romanis e saltu egressis lux ipsa morte tristior fuit. 2. Quid ergo illae sibi statuae equestres inauratae volunt? 3. Taceant quibus Italia noverca est, non mater. 4. Pone filios incedebat cum uxore Perses stupenti et attonito similis. 5. Itaque frater natu maior minori legatus in Asiam profectus est. 6. In civitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges sunt. 7. Quod bonum, faustum, felixque sit populo Romano ac mihi vobisque, Albani, populum omnem Albanum Romam traducere in animo est. 8. Satis diu vel naturae vixi

vel gloriae. 9. Iam vero virtuti Cn. Pompei quae potest oratio par inveniri? 10. Fuit hoc quondam proprium populi Romani longe a domo bellare. 11. Non ego eum qui haec facit cum summis viris comparo, sed simillimum deo iudico.

16. 1. Nihil honestum esse potest quod iustitia vacat. 2. Ti. Gracchus, tribunus plebis, collegam abdicare se magistratu coegit. 3. Hoc aditu laudis non mea voluntas adhuc, sed vitae meae rationes ab ineunte aetate susceptae prohibuerunt. 4. Mercurius Iove et Maia natus est. 5. Iucundae mihi fuerunt litterae tuae, quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem. 6. Erat totus ex fraude et mendacio factus. 7. Barbari, signa procul conspicati, oppugnatione desistunt. 8. A nullo istorum qui huic obtrectant legi L. Lucullus similiter est laudatus. 9. Ex his locis a militibus nostris reditus magis maturus quam processio longior quaerebatur. 10. Quid est enim iucundius senectute stipata studiis iuventutis? 11. Nihil est huic adulescenti re publica carius, nihil vera gloria dulcius. 12. Quis igitur hoc homine scientior umquam fuit?

17. 1. Non viribus aut velocitate aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia. 2. Putavit se Graeca lingua loquentīs qui Asiam incolerent sub sua retenturum potestate. 3. Datis, etsi non locum aequum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum, confligere cupiebat. 4. Mihi liceat eius urbis quam servavi conspectu tranquillo animo et quieto frui. 5. Commoda quibus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus a Iove nobis dari

videmus. 6. Miltiades, quamquam aeger erat volneribus quae in oppido oppugnando acceperat, in vincula publica coniectus est. 7. Mihi vero Cn. et P. Scipiones et avi tui duo comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur. 8. Beate vivere nihil aliud est nisi honeste, id est cum virtute, vivere. 9. Athenienses cum silentio auditi sunt. 10. Omnes tamen adversis volneribus conciderant. 11. Interea Commius reliquique duces cum omnibus copiis ad Alesiam perveniunt.

18. 1. Quo usque igitur is qui omnīs hostīs scelere superavit nomine hostis carebit? 2. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores? quanta deinde in omnibus rebus temperantia? 3. Is fuit vir non animi solum vigore sed etiam corporis viribus excellens. 4. Miltiades capitis absolutus, pecunia multatus est, eaque lis quinquaginta talentis aestimata est. 5. Uterque nostrum invidia quam pecunia est locupletior. 6. Quanto vos attentius ea agetis, tanto illis animus infirmior erit. 7. Multo sanguine Poenis victoria stetit. 8. Adhuc poenam nullam suo dignam scelere suscepit. 9. Maiores nostri saepe, mercatoribus nostris iniuriosius tractatis, bella gesserunt; vos, tot milibus civium Romanorum necatis, quo tandem animo esse debetis? 10. Regis medicus, epistula perlecta, plus indignationis quam pavoris ostendit. 11. Virtus imitatione, non invidia, digna est.

19. 1. Hoc tantum bellum, tam diuturnum, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit. 2. Bello Peloponnesio Alcibiadis consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt. 3. Caesar dixit malle se in eo paupere vico

primum esse quam Romae secundum. 4. Cupiditates porro quae possunt esse in eo qui ruri semper habitarit et in agro colendo vixerit? 5. Itaque non sum praedicaturus quantas ille res domi militiae terra marique gesserit. 6. Ita pace terra marique parta, Scipio, exercitu in navīs imposito, Romam revertit. 7. Hostes copias traducunt, aciemque iniquo loco constituunt. 8. Duces eorum tota acie pronuntiare iusserunt, ne quis ab loco discederet. 9. Depopulata Gallia, Cimbri finibus nostris aliquando excesserunt. 10. Saturni stella triginta fere annis cursum suum conficit.

20. 1. Pridie Nonas Iunias, cum essem Brundisi, litteras tuas accepi. 2. Tralles veni a. d. VI. Kalendas Sextilīs. 3. Pridie Kalendas Sextilīs puto me Laodiceae fore. 4. Nunc exitus anni; nam ego has litteras a. d. XIIII. Kal. Decembr. scripsi. Plane nihil video ante Kal. Ianuar. agi posse. 5. Brundisio profecti sumus a. d. V. Kalendas Maias. 6. Mea Terentia, fidissima atque optima uxor, et mea carissima filiola, et spes reliqua nostra, Cicero, valete. Pridie Kalendas Maias, Brundisio. 7. Nos a te, ut scis, discessimus a. d. IV. Non. Novembr.; Leucadem venimus a. d. VIII. Idus Novembr., a. d. VII. Actium: ibi propter tempestatem a. d. VI. Idus morati sumus. 8. Interim, paucis post diebus, fit ab Ubiis certior Suevos omnīs in unum locum copias cogere. 9. Ibi nactus recentem equitatum, quem multis ante diebus eo praemiserat, in Lingones contendit. 10. Quaestor Papirio consule fuisti abhinc annos quattuordecim; ex ea die ad hanc diem quae fecisti in iudicium voco. 11. Cum equitatus noster se in agros eiecerat, omnibus viis semitisque essedarios ex silvis emittebat.

12. Prima luce duabus simul portis eruptionem fecit. 13. Via breviore equites praemisi.

21. 1. Quem nunc Roma fortissimum habet, is procedat ad pugnam. 2. Ne quid novi fiat contra exempla atque instituta maiorum. 3. Utinam dignus tali coniuge maritus videri possem. 4. Nolite existimare maiores nostros armis rem publicam ex parva magnam fecisse. 5. Qua re cum de Lentulo ceterisque statuetis, pro certo habetote vos simul de exercitu Catilinae decernere. 6. Impius ne audeto placare donis iram deorum. 7. Quid hoc homine faciatis. 8. Valeant cives mei, sint beati. 9. Amemus patriam, pareamus senatui, praesentīs fructus neglegamus, posteritatis gloriae serviamus. 10. Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. 11. Quis dubitaret suffragio suo se metu, periculo rem publicam, liberare? 12. Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis ut haec vobis deliberatio difficilis esset!

22. 1. Triumpharunt nostri imperatores de Mithridate; sed ita triumpharunt ut ille, pulsus superatusque, regnaret. 2. Risus interdum ita repente erumpit ut eum cupientes tenere nequeamus. 3. Caesar in agmine nonnumquam equo, saepius pedibus, anteibat capite detecto, sive sol sive imber esset. 4. Xerxes, Thermopylis expugnatis, statim Athenas profectus est, eamque urbem, interfectis sacerdotibus quos in arce invenerat, incendio delevit. 5. Omnibus locis pace facta, Romani bellum non habebant. Ab urbe condita id semel factum erat regnante Numa. 6. Deiecto praesidio, potitus loco, duas ibi legiones conlocavit. 7. Lex, resistentibus patri-

bus, lata tamen est. 8. Veritus autem ne in patria classis amissae poenas daret, civium offensam astutia avertit. 9. Omnes aliud agentes aliud simulantes perfidi sunt. 10. Tyrtaeus carmina composita exercitui recitavit.

23. 1. Perses rediit, belli casum de integro tentaturus. 2. Nos morituri salutamus. 3. Sed ab initio est ordiendum. 4. Quocumque ire placet, ferro iter aperiendum est. 5. Scipio dicere solitus est non solum dandam esse viam fugientibus, sed etiam muniendam. 6. Potest quisquam dubitare quin, si Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia fuerit futurus in qua fratres fuerunt? 7. Non enim iam causae sunt inter se sed victoriae comparandae. 8. Caesarine eam provinciam tradituri fuistis an contra Caesarem retenturi? 9. Quae quidem tibi nunc omnia belli volnera sananda sunt, quibus praeter te nemo mederi potest. 10. Aut tres tibi Ligarii retinendi in civitate sunt, aut tres ex civitate exterminandi. 11. Caesar legatis imperat uti quam plurimas possent hieme navīs aedificandas veteresque reficiendas curarent. 12. Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. 13. Primum igitur est de honesto, tum de utili disserendum.

24. 1. C. Gracchus legem de frumento plebi dividendo tulit. 2. Ubi causae dicendae dies venit, Scipio magna hominum frequentia in Forum deductus est. 3. Neque minus in rebus gerendis promptus quam excogitandis erat. 4. Cato dicere solebat unum ex omnibus Caesarem ad evertendam rem publicam sobrium accessisse. 5. Pompeius, quamquam volneratus et equo amisso, Rhodanum flumen nando traiecit, lorica et scuto retentis.

6. Quid C. Pansa egit aliud dilectibus habendis, pecunia comparanda, nisi ut D. Brutus liberaretur? 7. Homines enim ad deos nulla re proprius accedunt quam salutem hominibus dando. 8. Eamus nunc protinus in Capitolium Iovi Optimo Maximo supplicatum. 9. Difficile dictu est utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerunt, an mansuetudinem victi dilexerint. 10. Dissimulandi causa in senatum venit. 11. Fabius Delphos ad oraculum missus est scitatum quibus precibus deos possent placare. 12. Themistocles Argos habitatum concessit.

25. 1. Cleomenes imperavit ut malus erigeretur, vela panderentur, ancorae tollerentur; signum quoque dari iussit ut ceteri sequerentur. 2. Plebs creavit tribunos qui libertatem suam adversus nobilitatis superbiam defenderent. 3. Monet ut ignīs in castris fieri prohibeat, ne qua eius adventus procul significatio fiat. 4. Quod si virtuti vestrae fortuna inviderit, cavete inulti animam amittatis. 5. Pontem fecit in flumine, quo copias traduceret. 6. Neque me impediet cuiusquam inimicum edictum quo minus, vobis fretus, vestrum ius defendam. 7. Caesar Dollabellae dixit ut ad me scriberet ut in Italiam quam primum venirem. 8. Caesar cognovit per Afranium stare quo minus proelio dimicaretur. 9. Timeo ne tibi nihil praeter lacrimas queam reddere. 10. Omnīs labores te excipere video; timeo ut sustineas. 11. Legem brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur. 12. Nolo esse laudator ne videar adulator.

26. 1. Ita vixi ut non frustra me natum existimem. 2. Sed tamen recordatione nostrae amicitiae sic fruor ut

beate vixisse videar quia cum Scipione vixerim. 3. Cum iam in eo esset ut oppido potiretur, lucus nescio quo casú nocturno tempore incensus est. 4. Pax concessa est ea lege ut omnes sub iugum traducerentur. 5. Nemo tam humilis erat cui non ad eum aditus pateret. 6. Tanto plus virtute valuerunt Athenienses ut decemplicem numerum hostium profligaverint. 7. Non erat dubium quin Romani bonis ac fidelibus sociis opem ferrent. 8. Ego, etsi nihil habeo quod ad te scribam, scribo tamen quia tecum loqui videor. 9. Tantum abest ut fruges terrae bestiarum causa paratae sint, ut ipsas bestias hominum gratia creatas esse videamus. 10. Restat ut qualis earum rerum natura sit consideremus.

27. 1. Quis enim erat qui non videret humilitatem cum amplitudine contendere? 2. Quisquam dubitabit quid virtute perfecturus sit qui tantum auctoritate perfecerit? 3. Romulus centum creavit senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant qui creari possent. 4. Peccasse mihi videor qüi a te discesserim. 5. Livianae fabulae non satis dignae sunt quae iterum legantur. 6. Nulla domus in Sicilia locuples fuit ubi iste non textrinum instituerit. 7. Fuit antea tempus cum Germanos Galli virtute superarent. 8. Solus es, C. Caesar, cuius in victoria ceciderit nemo nisi armatus. 9. Sunt qui discessum animi a corpore putent esse mortem. 10. Egomet, qui sero ac leviter Graecas litteras attigissem, tamen complurīs Athenis dies sum commoratus. 11. Et qui iam ante inimico in nos animo fuisset multo gravius hoc dolore exarsit.

28. 1. Dixit se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones Sardīs expugnassent. 2. Paulo post renun-

tiat, quod consules absint, sine illis non posse agi de compositione. 3. Quod cum consul animadvertisset, proximum lictorem inclamare iussit Fabio patri ut ex equo descenderet. 4. Sociis ego nostris mare per hos annos clausum fuisse dicam, cum exercitus vestri numquam a Brundisio nisi hieme summa transmiserint? 5. Cum hostium copiae non longe absunt, pecuaria relinquitur, agricultura deseritur. 6. Equites, cum est usus atque aliquod bellum incidit, omnes in bello versantur. 7. Scipio Nasica, cum esset consobrinus T. Gracchi, patriam cognationi praeferens, sublata dextra proclamavit: "Qui rem publicam salvam esse volunt me sequantur." 8. Cur volnerari pateretur optime de se meritos milites, praesertim cum non minus esset imperatoris consilio superare quam gladio?

29. 1. Caesar, postquam per exploratores comperit Suevos sese in silvas recepisse, constituit non progredi longius. 2. Hostes, ubi primum nostros equites conspexerunt, impetu facto, celeriter nostros perturbaverunt. 3. Dux, quoad potuit suos ad pontem continere, eodem in periculo versatus est; postquam universos cedere animadvertit, in suum navigium se recepit. 4. Dum haec a Caesare geruntur, Treveri, magnis coactis peditatus equitatusque copiis, Labienum adoriri parabant. 5. Diem insequentem quievere milites, dum praefectus urbis virīs inspiceret. 6. Caesar ex eo tempore dum ad flumen veniatur se frumentum daturum pollicetur. 7. Quam ob rem a vobis, iudices, ante quam de ipsa causa dicere incipio, haec postulo. 8. Constituunt ut omnia prius experiantur, quam ad illius sententiam descendant. 9. Videris mihi, Caesar, vereri ne prius dimicare cogaris,

quam reliquam classem potueris explicare. 10. Horatius aciem hostium solus sustinuit, donec pons a tergo interrumperetur.

30. 1. Cluentio nisi nunc satisfecero, postea mihi satisfaciendi potestas non erit. 2. Si,— quod Iuppiter omen avertat, — Murenam vestris sententiis adflixeritis, quo se miser vertet? 3. Qua re, si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum eam L. Murenae apud populum profuisse. 4. Ego si Scipionis desiderio me moveri negem, mentiar. 5. Thucydidis orationes laudare soleo; imitari neque possim, si velim, nec velim, fortasse, si possim. 6. Nam si causae ipsae pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. 7. Quidnam tu diceres, si me vicisses? 8. Nisi vinum defecisset, longe plura et graviora dicturi fuimus. 9. Si ita esset, hac eadem lege accusatum oportuit. 10. Ego talibus viris brevi orbem terrarum subegissem. 11. Quas inimicitias si cavere potuisset, viveret. 12. Si quis deus mihi largiatur ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem.

31. 1. Ut non omnem arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur. 2. Ne istius quidem laudis ita sim cupidus ut aliis eam praereptam velim. 3. Vellem equidem idem posse gloriari quod Cyrus. 4. Sed confecto proelio, tum vero cerneres quanta audacia quantaque vis animi fuisset in exercitu Catilinae. 5. Si quid, vel potius quicquid, veniet in mentem, scribas velim. 6. L. Lucullus, qui aliqua ex parte eis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, partem militum dimisit. 7. Quasi

vero consili sit res, ac non necesse sit nobis cum Arvernis nosmet coniungere. 8. Proinde ac si virtute vicissent, neque ulla commutatio rerum posset accidere, per orbem terrarum fama ac litteris victoriam eius diei concelebrant. 9. Ita hos honores petunt quasi honeste vixerint. 10. Qua de re quoniam tu nihil ad me scribis, proinde habebo ac si scripsisses nihil esse. 11. Haud facile discerneres utrum Hannibal imperatori an exercitui carior esset. 12. Quem neque gloria neque pericula excitant nequiquam hortere.

32. 1. Scribit Labieno, si rei publicae commodo facere posset, cum legione ad finīs Nerviorum veniat. 2. Cicero respondit, si ab armis discedere velint, se adiutore utantur legatosque ad Caesarem mittant. 3. Noli existimare, Pompei, hunc esse exercitum qui Galliam Germaniamque devicerit. 4. Pythia praecepit eis ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent: id si fecissent, incepta prospera futura. 5. At plerique existimant, si Sulla acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finire. 6. Dixit ab incenso Capitolio illum esse vicesimum annum, quem saepe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore. 7. Sperabat Catilina prope diem magnas copias sese habiturum, si Romae socii incepta patravissent. 8. Ad haec Q. Marcius respondit: Si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur.

33. 1. Sed hoc non credo, ut quibus rebus gloriemini in vobis easdem in aliis reprehendatis. 2. Sabinorum dux Tarpeiae optionem muneris dedit, si exercitum suum in Capitolium perduxisset. Illa petiit quod Sabini in

sinistris manibus gererent. 3. Iratus rex augurem interrogavit fierine posset quod ipse mente concepisset. 4. Qua re fiebat ut Alcibiades omnium oculos, quotienscumque in publicum prodisset, ad se converteret. 5. Legatis imperat uti quam plurimas possent hieme navīs aedificandas curarent. 6. Legati Romam profecti sunt ut, quae a Scipione pacta essent, ea patrum ac populi auctoritate confirmarentur. 7. Inimici vero eius illud tempus exspectandum decreverunt quo exissent. 8. Homines, quamvis in turbidis rebus sint, tamen interdum animis relaxantur. 9. Adsentatio, quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest nisi ei qui eam recepit atque ea delectatur. 10. Omnia honesta neglegunt, dum modo potentiam consequantur.

COLLEGE ENTRANCE EXAMINATION PAPERS.

Harvard, June, 1896.

Dum haec geruntur, Caesar extra moenia morabatur: cum autem Cicero vi Clodi in exsilium ire coactus esset, Caesar protinus in provinciam profectus est, et iter cum tanta celeritate fecit ut Genavam, quae a Roma milia passuum octingenta fere abest, diebus octo perveniret. Nam ei nuntiatum erat Helvetios de suis finibus exire parare, quaerentes latiores agros quos incolerent, et verebatur ne magnam iniuriam provinciae facerent, si eam ingredi passus esset. Itaque pontem qui erat ad Genavam iubet rescindi, provinciae copias imperat. Helvetii, qui iam trans Rhodanum convenerant, cum de Caesaris adventu audivissent, legatos miserunt qui eum rogarent ut iter per provinciam facere liceret, propterea quod aliud iter esset nullum quo ire possent. Caesar legatis dixit sibi tempore opus esse ad deliberandum; si ad Id. Apr. reverterentur, se responsum eis daturum.

Harvard, September, 1896.

Cicero, orator clarissimus, optimam orationem pro Archia poeta nobis reliquit. Archias, cum Antiochiae in Asia natus esset, iam adulescens in Italiam venit, qua

multos annos vixit. Civis Heracliensis fieri voluit, et cum Heraclienses eum illo honore dignum existimarent, civis adscriptus est. Lege non multo post facta ne quis alienigena qui non esset civis Romae habitaret, homo quidam nomine Gratius negavit Archiam ex lege adscriptum esse, et eum ex urbe pellere conatus est. Cicero pro poeta locutus est et dixit eum, etiam si civis non esset, adsciscendum esse. Introduxit etiam testem L. Lucullum, qui se cum Archias adscriberetur adfuisse dixit, ac nemo, hoc testimonio audito, dubitavit quin Archias esset civis.

Yale, June, 1895.

A. d. VI Id. Nov. 691 a. u. c., Cicero consul Catilinam in senatu rogavit nesciretne omnīs cognovisse eum in rem publicam coniuravisse. "Luce sunt clariora mihi tua consilia omnia: convenisti superiore nocte socios tuos apud Laecam; delegisti quos Romae relinqueres ut urbem incenderent et optimates trucidarent; tu ipse, me interfecto, in exercitum quem Manlius nunc in Etruria tibi cogit iturus es. Ad mortem te duci iussu consulis iam pridem oportebat, sed te ire sinam; immo vero suadeo." Catilina, cum respondere conaretur, senatorum clamoribus prohibitus est, et dicens se Massiliam in exsilium iturum, erupit: sed re vera ad castra Manliana iit, atque post anno fortissime pugnans cecidit.

Wellesley, June, 1896. Caes., I. Sw. 23 +

Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere existimarent, sive eo quod re frumentaria eos intercludere posse confiderent, commutato consilio atque

itinere converso, nostros a novissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt. Postquam id animum advertit, copias suas Caesar in proximum collem subduxit, equitatumque qui sustineret hostium impetum misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum. In summo iugo duas legiones in Gallia citeriore proxime conscriptas et omnia auxilia conlocari, sarcinas in unum locum conferri, et eum ab his qui in superiore acie constiterant muniri iussit.

Si quid mihi a te opus esset, ego ad te venissem; si quid tu me vis, te ad me venire oportet. Praeterea ego neque sine exercitu in eas partīs Galliae venire audeo, quas tu possides, neque exercitum sine magno commeatu atque molimento in unum locum contrahere possum.

Nullum iam aliquot annis facinus exstitisse nisi per eum, nullum flagitium sine eo: ei uni multorum civium necem, ei vexationem direptionemque sociorum impunitam fuisse ac liberam; eum non solum ad negligendas leges et quaestiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisse.

University of Chicago, June, 1895.

Elementary.

1. (1) Caesar centuriōnēs omnibus cōpiīs in proelium proficīscī iūssit. (2) Caesar centuriōnibus ut omnibus cōpiīs in proelium proficīscerentur imperāvit.

2. Pompēius ab explōrātōribus certior factus est cōpiās suās locum quem prīdiē cēpissent tenēre nōn iam posse.

3. Mīlitibus persuādērī nōn potuit ut proelium renovārent, sed armīs rēiectīs aliī aliam in partem fūgērunt.

4. (*a*) Urbis nōbīs capienda est. Nōs urbem capere necesse est.

(*b*) Caesar Rōmam īre nōn dēbet. Caesarem Rōmam īre nōn oportet.

(*c*) Licetne lēgātīs in senatum venire ut auxilium rogent?

(*d*) Nē cōpiās in castra iniūssū cōnsulis dūxeris.

5. (*a*) Nēscīmus cūr in Galliam profectus sit Caesar.

(*b*) Caesar flūmen prius trānsīre quam hostēs sē ex timōre reciperent statuit.

(*c*) Sī haec vēra sint, mīlitēs quī pontem rescindant praemittere praestet.

Advanced

Pompēius tantās grātiās Cicerōnis adiūmentō habuit ut eum in senātū servātōrem orbis terrārum appellāret. Hāc laude dēlectātus est Cicerō, et ad Pompēium socium sē applicābat. "Dē Pompēiō mē monēs," ad Atticum scrīpsit. "Nōlī ita exīstimāre mē meī praesidī causā cum illo coniūnctum esse; sed ita rēs sē habet ut, sī inter nōs sit aliqua dissēnsiō māxima incommoda timērī possint. Nullā rē eī cēdō, sed ut ille sit melior contendō; atque nunc dē meīs rēbus multō gloriōsius quam dē suīs praedicat. Sibi bene gestae, mihi cōnservātae reī pūblicae dat testimōnium (*or* Dīcit sē tantum bene gessisse, mē autem rem pūblicam cōnservāvisse) . . . Catōnem nōn tū amāre potes plūs quam egō, sed nihil aliud nisi nocet. Dīcit tanquam in Platōnis rē pūblicā, nōn tanquam in Rōmulī faece sententiam (*or* tanquam . . . vīveret, nōn tanquam in vestīgiīs reī pūblicae quam Rōmulus condidit).

CORNELL, 1895.

Napoleon copias hostium augeri et eorum animum crescere vidit, suae autem copiae calore et defatigatione confectae, ab integris impigrisque pressae nequiquam contra hominum multitudinem pugnabant. Itaque ex superiore loco, ubi iam dudum eventum pugnae exspectabat, processit, et veteranis quos ad extremum proeli discrimen reservare consuerat vocatis, ita eos adlocutus est.

LELAND STANFORD, JR., UNIVERSITY, 1896.

Elementary.

1. Acriter pugnatum est ab tertia hora ad nonam. 2. Libenter homines id quod volunt credunt. 3. Ego si Catilinam in exsilium ire iussissem, senatus me timidum appellavisset. 4. Caesar copias suas trans flumen traduxit ut hostīs a tergo adgrederetur. 5. Cum hostium numerus in dies augeretur, non cunctandum existimavit quin pugna decertaret. 6. Si legatos vestros recipere vultis, nostros nobis obsides remittite. 7. His rebus ad Crassum relatis, impetum postero die in hostium castra facere statuit. 8. A dextro cornu; a fronte; in itinere; sub monte; proelio facto; Caesare duce; ad extremum; vereor ne; sub occasum solis; prima luce; inita aestate.

Advanced.

Video duas esse sententias; unam Silani, qui censet eos qui haec omnia delere conati sint morte esse multandos; alteram Caesaris, qui intellegit mortem ab diis non esse supplici causa constitutam, atque ideo vincula

sempiterna iubet. Mea interest sententiam Caesaris sequi, et sic periculum vitare, sed periculi rationes omnīs utilitas rei publicae vincat. Dico igitur eum qui civīs suos vita privare conatus sit frui vita non oportere. Si eritis secuti sententiam Silani, crudelitatis vituperationem non verebor; nam quae potest esse in homine morte puniendo qui rei publicae hostis est crudelitas? Si Lentulum non interficiemus, crudeles habebimur.

Princeton, June, 1896.

1. Ea re Helvetiis enuntiata Orgetorigem ex vinclis causam dicere cogebant; ille autem, magno numero hominum ad iudicium conducto, se eripuit.

Dixerunt se ante noctem vix perventuros, etiam si prima luce profecti essent, propterea quod pons, qui prope templum vetus in eo flumine erat, nuper rescissus esset, alterum iter tam iniquum esset ut ibi non celeriter ire possent.

2. Quae ego si me fecisse unum sine deorum auxilio dicam, mente captus sim. Ut Lentulus tam demens esset ut litteras crederet Gallis, id non divinitus esse factum videtur?

University of California, June, 1891.

Subject 6.

1. Puer patri (patris) simillimus est.
2. Hoc Samnitibus persuasum est.
3. Incredibile est quam me negoti taedeat.
4. Me odit quod ego sum (sim) felicior quam is.
5. Nos exspectabimus dum tu adveneris.
6. Locutus est quasi sciret.

7. Quid tandem vererentur? aut cur de sua virtute aut de ipsius diligentia desperarent?

8. Tullius dicit homines, si saperent, probos futuros.

August, 1896. *Subject* 7.

Abhinc dies paucos Catonem Censorem conveni, quem diem esse a. d. XIII Kal. Mai. memini. Cum primum me vidit, de Carthaginis potentia crescente loqui coepit, quae ex superiore bello se paene refecit. Enimvero se illam urbem timere non desiturum dum eius internecionem cognovisset dixit. "Utinam," inquit, "noster Scipio adulescens opus ab avo suo inceptum mox conficiat."

UNIVERSITY OF NORTH CAROLINA, 1896.

Ariovistus, cum Caesarem ad castra sua accedere reperiret, omnibus copiis suis, equitibus peditibusque, in acie instructis, eis orationem habuit. Interea exploratores misit qui ubi Romani consedissent cognoscerent, et eos finitimis gentibus dicere se ad eos contendere et celeriter hostīs victurum iussit.

UNIVERSITY OF PENNSYLVANIA, SEPTEMBER, 1896.

Caesar, cum de Nerviorum natura moribusque quaereret, eos fortissimos esse reperiebat; nihil pati vini inferri, quod eo fore ut animi relanguescerent existimarent.

Ubi Nervios ante diebus quinque trans flumen consedisse audierunt, nostri timebant ne hostes, Caesaris adventu cognito, castra moverent. Hostibus sociorum adventum exspectantibus, equitatus noster flumen noctu transiit, et eos a tergo adortus est. Sed Nervii tam for-

titer pugnaverunt ut nostri celeriter in fugam conicerentur.

UNIVERSITY OF MICHIGAN.

Aduatuci de quibus supra scripsimus, cum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent, hac pugna nuntiata, domum reverterunt; cunctis oppidis castellisque desertis, sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt.

Quid est, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit, in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum qui te non metuat, nemo qui non oderit?

Si ipsi haec neque attingere neque gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus.

Announcement.

THE STUDENTS' SERIES OF LATIN CLASSICS.

UNDER THE EDITORIAL SUPERVISION OF

ERNEST MONDELL PEASE, A.M.,

Leland Stanford Junior University,

AND

HARRY THURSTON PECK, PH.D., L.H.D.,

Columbia College.

This Series will contain the Latin authors usually read in American schools and colleges, and also others well adapted to class-room use, but not as yet published in suitable editions. The several volumes will be prepared by special editors, who will aim to revise the text carefully and to edit it in the most serviceable manner. Where there are German editions of unusual merit, representing years of special study under the most favorable circumstances, these will be used, with the consent of the foreign editor, as a basis for the American edition. In this way it will be possible to bring out text-books of the highest excellence in a comparatively short period of time.

The editions will be of two kinds, conforming to the different methods of studying Latin in our best institutions. Some will contain in the introductions and commentary such a careful and minute treatment of the author's life, language, and style as to afford the means for a thorough appreciation of the author and his place in Latin literature. Others will aim merely to assist the student to a good reading knowledge of the author, and will have only the text and brief explanatory notes at the bottom of each page. The latter will be particularly acceptable for sight reading, and for rapid reading after the minute study of an author or period in one of the fuller editions. For instance, after a class has read a play or two of Plautus and Terence carefully, with special reference to the peculiarities of style, language, metres, the methods of presenting a play, and the like, these editions will be admirably suited for the rapid reading of other plays.

The Series will also contain various supplementary works prepared by competent scholars. Every effort will be made to give the books a neat and attractive appearance.

The following volumes are now ready or in preparation: —

CAESAR, Gallic War, Books I–V. By HAROLD W. JOHNSTON, Ph.D., Professor in the Indiana University.

CATULLUS, Selections, based upon the edition of Riese. By THOMAS B. LINDSAY, Ph.D., Professor in Boston University.

CICERO, Select Orations. By B. L. D'OOGE, A.M., Professor in the State Normal School, Ypsilanti, Mich.

CICERO, De Senectute et de Amicitia. By CHARLES E. BENNETT, A.M., Professor in the Cornell University.

CICERO, Tusculan Disputations, Books I and II. By Professor PECK.

CICERO, De Oratore, Book I, based upon the edition of Sorof. By W. B. OWEN, Ph.D., Professor in Lafayette College. *Ready.*

CICERO, Select Letters, based in part upon the edition of Süpfle-Böckel. By Professor PEASE.

EUTROPIUS, Selections. By VICTOR S. CLARK, Lit.B., New Ulm High School, Minn. *Ready.*

GELLIUS, Selections. By Professor PECK.

HORACE, Odes and Epodes. By PAUL SHOREY, Ph.D., Professor in the Chicago University. *Nearly Ready.*

HORACE, Satires and Epistles, based upon the edition of Kiessling. By JAMES H. KIRKLAND, Ph.D., Professor in Vanderbilt University. *Ready.*

LIVY, Books XXI and XXII, based upon the edition of Wölfflin. By JOHN K. LORD, Ph.D., Professor in Dartmouth College. *Ready.*

LIVY, Book I, for rapid reading. By Professor LORD. *Ready.*

LUCRETIUS, De Rerum Natura, Book III. By W. A. MERRILL, Ph.D., Professor in the University of California.

MARTIAL, Selections. By CHARLES KNAPP, Ph.D., Professor in Barnard College.

NEPOS, for rapid reading. By ISAAC FLAGG, Ph.D., Professor in the University of California. *Ready.*

NEPOS, Selections. By J. C. JONES, A.M., Professor in the University of Missouri.

OVID, Selections from the Metamorphoses, based upon the edition of Meuser-Egen. By B. L. WIGGINS, A.M., Professor in the University of the South.

OVID, Selections, for rapid reading. By A. L. BONDURANT, A.M., Professor in the University of Mississippi.

PETRONIUS, Cena Trimalchionis, based upon the edition of Bücheler. By W. E. WATERS, Ph.D., President of Wells College.

PLAUTUS, Captivi, for rapid reading. By GROVE E. BARBER, A.M., Professor in the University of Nebraska.

PLAUTUS, Menaechmi, based upon the edition of Brix. By HAROLD N. FOWLER, Ph.D., Professor in the Western Reserve University. *Ready.*

PLINY, Select Letters, for rapid reading. By SAMUEL BALL PLATNER, Ph.D., Professor in the Western Reserve University. *Ready.*

QUINTILIAN, Book X and Selections from Book XII, based upon the edition of Krüger. By CARL W. BELSER, Ph.D., Professor in the University of Colorado.

SALLUST, Catiline, based upon the edition of Schmalz. By CHARLES G. HERBERMANN, Ph.D., LL.D., Professor in the College of the City of New York. *Ready.*

SENECA, Select Letters. By E. C. WINSLOW, A.M.

TACITUS, Annals, Book I and Selections from Book II, based upon the edition of Nipperdey-Andresen. By E. M. HYDE, Ph.D., Professor in Lehigh University.

TACITUS, Annals, Book XV. By J. EVERETT BRADY, Ph.D., Professor in Smith College.

TACITUS, Agricola and Germania, based upon the editions of Schweizer-Sidler and Dräger. By A. G. HOPKINS, Ph.D., Professor in Hamilton College. *Ready.*

TACITUS, Histories, Book I and Selections from Books II–V, based upon the edition of Wolff. By EDWARD H. SPIEKER, Ph.D., Professor in the Johns Hopkins University.

TERENCE, Adelphoe, for rapid reading. By WILLIAM L. COWLES, A.M., Professor in Amherst College. *Ready.*

TERENCE, Phormio, based upon the edition of Dziatzko. By HERBERT C. ELMER, Ph.D., Assistant Professor in the Cornell University. *Ready.*

TIBULLUS AND PROPERTIUS, Selections, based upon the edition of Jacoby. By HENRY F. BURTON, A.M., Professor in the University of Rochester.

VALERIUS MAXIMUS, Fifty Selections, for rapid reading. By CHARLES S. SMITH, A.M., College of New Jersey. *Ready.*

VELLEIUS PATERCULUS, Historia Romana, Book II. By F. E. ROCKWOOD, A.M., Professor in Bucknell University. *Ready.*

VERGIL, Books I–VI. By E. ANTOINETTE ELY, A.M., Clifton School, and S. FRANCES PELLETT, A.M., Binghamton High School, N.Y.

VERGIL, The Story of Turnus from Aen. VII–XII, for rapid reading. By MOSES SLAUGHTER, Ph.D., Professor in Iowa College. *Ready.*

VIRI ROMAE, Selections. By G. M. WHICHER, A.M., Packer Collegiate Institute. *Ready.*

LATIN COMPOSITION, for college use. By WALTER MILLER, A.M., Professor in the Leland Stanford Jr. University. *Ready.*

LATIN COMPOSITION, for advanced classes. By H. R. FAIRCLOUGH, A.M., Professor in the Leland Stanford Jr. University.

HAND-BOOK OF LATIN SYNONYMS. By Mr. MILLER.

A FIRST BOOK IN LATIN. By HIRAM TUELL, A.M., Principal of the Milton High School, Mass., and HAROLD N. FOWLER, Ph.D., Western Reserve University. *Ready.*

EXERCISES IN LATIN COMPOSITION, for schools. By M. GRANT DANIELL, A.M., formerly Principal of Chauncy-Hall School, Boston. *Ready.*

A NEW LATIN PROSE COMPOSITION. By M. GRANT DANIELL, A.M. *Ready.*

THE PRIVATE LIFE OF THE ROMANS, a manual for the use of schools and colleges. By HARRIET WATERS PRESTON and LOUISE DODGE. *Ready.*

GREEK AND ROMAN MYTHOLOGY, based on the recent work of Steuding. By KARL P. HARRINGTON, A.M., Professor in the University of North Carolina, and HERBERT C. TOLMAN, Ph.D., Professor in Vanderbilt University. *Ready.*

ATLAS ANTIQUUS, twelve maps of the ancient world, for schools and colleges. By Dr. HENRY KIEPERT, M.R. Acad. Berlin. *Ready.*

Tentative arrangements have been made for other books not ready to be announced.

LEACH, SHEWELL, & SANBORN,

Boston, New York, and Chicago.